peterentur. vel potest dici scdm̄ Vber. q̄ quando nulla decima soluitur videtur q̄ dn̄i prediorum breui manu soluerint ecclesie decimas et eis deinceps ecclesia redonauerit. Porro Inno. c. ti. in aliquibus. dicit q̄ in eo q̄ non soluūtur decime vel minus ple ne consuetudo non valet. vt xvi. q. vii. qcunq̄. Sed tam̄ scdm̄ Hos. sup c. statuimus de transac. cōpositio inter psonam ecclesiasticam et laicos sup aliqua pte seu tota decime facta de concēssu supoiris plati valet. ¶ Que remuneratio fideliter soluētiū decimas? R. scdm̄ Ray. quadruplex est Prima est abundantia fructuum. Scdā sanitas corporis. de his duabus Augus. si decimam dederis non solum abundantiā fructuum recipies. s3 et sanitatem corporis cōsequeris. xvi. q. i. decime. Tertia est reissio pctōrum. Quarta est celeste regnum. de his duabus Augusti. ibidem. qui premiū cōpare aut peccatorū idulgentiā desiderat pmereri reddat decimam. et de nouē ptibus elemosinā studeat dare paupibus. Ecōtra qui n̄ dat punitur per opposita. Mala. iii. quia michi non reddidistis decimas et primicias idcirco in fame et penuria maledicti estis. Item Augus. vbi supra. Cum decimas dando et terrena et celestia possis promereri pro auaritia duplicē bn̄dictione3 fraudas. hec est dn̄i iustissima consuetudo vt si tu illi decimam non dederis tu ad decimam reuoceris. dabis impio militi quod non uis dare sacerdoti. Itē Augu. vbi supra. non deus premiu3 postulat s3 honorem. et qui dignatur totu3 dare decima3 a nobis dignatus est recipe. nec sibi s3 nobis pcul dubio pfuturam. hec omnia in predicto c. decime. Nam et antiqui patres copiis oibus abundabāt quia decimas deo dabant. mō aūt hec tollit phiscus que n̄ acc pit xp̄s. xvi. q. vii. maiores

Decime. ii. a quibus decime dari debeant? R. decime dari debēt ab oibus laicis. xvi. q. vii. decimas. e. ti. a nobis. Ite3 clerici tenentur dare decimas non de ecclesiasticis s3 de suis rebus. e. ti. c. ii. et c. a nobis. de consecra. di. v. q̄drage sima. Ite3 religiosi tam exēpti q̄ non exēpti de terris et possessi onibus acquisitis et acqrendis tenentur integre soluere decimas illis quibus eede3 possessiones et terre fuerāt decimales. e. ti. statuto. ¶. ceterum. li. vi. Item etiā leprosi tēntur ad decimas si tn̄ sint coiter viuentes non tēntur de ortis et nutrimtis aialiu3. vbi etiam itelliguntur fetus. de eccle. edi. c. ii. omnia

predicta intelligas de iure coi · secus autez si qui illud haberent ex priuilegio · ¶ Vtrum iudei teneantur dare decimas? R · sponales non tenẽtur cuz non recipiant ecclãstica sacramenta · nec audiãt diuina · imo nec sunt de corpe ecclie · ff · de censi · formã · ¶ · si vero quis · secus de predialibus · e · ti · de terris · et de hoc casu habes infra · iudeus · i · ¶ · fi · ¶ Vtrũ clerici tẽantur dare decimampape requirenti? R · scdm̃ Tho · se · se · q · lxxxvii · dicẽdũ q in ve · le · debebãtur primicie sacerdotibus · decime autez leuiticis · et quia sacerdotibus leuite subditi erant dñs mandauit leuiticis vt ipi loco primiciaruz soluerent pontifici summo sacerdoti decimam decime. vñ nunc eadem rõe clerici tenentur summo põtifici dare decimaz si exigit · naturalis eni ratio dictat vt illi qui hñt curaz de coi statu puideãtur vnde possint exequi ea que ptinent ad coiem salutem · ¶ Cum quis vendit aceruũ añ decimam quis tenetur ad decimã? R · vterq tenetur · venditor qdem ppter dolum quem cõmisit et etiam qa hz preciuz quod succedit loco rei vẽdite · ar · xii · q · ii · monemus · ff · de peti · here di · si rem et precium · Emptor vero tenetur quia res transiuit ad eum cuz onere decimaruz · e · ti · pastoralis · xii · q · ii · augustino · et ita eccclesia poterit petere a quo maluerit · si tñ obtinu erit ab vno liberatus est alter · absit eni q ecclesia suuz recipiat cum augm̃to · hec Ray · et Tho · vbi supra · Addit autẽ Ray · q si emptor fuerit bone fidei qui post soluit decimaz venditor tenetur ei · ¶ Quid siquis furtiue uel uiolẽter rapuit aceruum de area rustici añ solutõem decimarum nu nqd tenetur rusticus? R · cum decime statiz collectis fructibus debeãt dari · xvi · q · i · decime · et e · ti · cum hoies · ergo si non soluãtur statim cuz petũtur et solui pñt rusticus est in mora quare piculũ spectat ad ipm et sic tenetur · sz tñ si soluerit ecclesia dabit ei actõnes suas contra raptorem · si vero non erat adhuc in mora et violenter sibi ablatum est non tenetur · sz aget ecclesia contra ipm raptorem · ff · locati · si in lege · ¶ · itez vtilis · Et similiter si aliquomõ sacerdos fuisset in culpa vel cã more quia rusticus sine eius licentia non audebat mouere fructus non tenetur rusticus · sz potius ecõuerso · ¶ Quid si aliquis longo tpe recepit siue retinuit decimas et nunc veniẽs ad satisfactõem postulat sibi remitti qa alias oporterz euz mendicare? R · scdm̃ Ray · si sacerdos videat

istum contritu3 et preces suas initi veritati d3 ei tanq̃ pauperi remittere vnde viuat cum hoc idem ei postea dare deberet. xvi. q. i. qm̄. Vber vero addit ꝙ etiam si diues sit potest ei gratis di mittere vel in totum vel in ꝑtem ex quo vult iposterum absti- nere et ecclesia3 restituere iuri suo.

Decime. iii. q̄bus dari debeant? R. secundū Hos. decima ꝑsonalis iure coī danda est ecclie ꝓchiali siue baptismali vbi qs audit dīna et recipit sacramēta. xvi. q. i. quesisti. xiii. q. i. ¶. i. predialis vero decima danda est ecclie infra cuius ꝓchiam predium situ3 est. de ꝓchi. c. vl. e. ti. qm̄. xvi. q. i. siquis laicus. xiii. q. i. ¶. i. et hoc nisi aliud obtineat de cōsue tudine. e. ti. c. i. et ii. et c. cōmissu3. et c. ad aplice. et pluribus aliis c. vel nisi prescripte sint. hec Hos. Ray. et Tho. ¶ De mix tis vero decimis de quibus dictum est supra. i. ¶. ii. dicendū se- cundu3 Hosti. ꝙ si apparet consuetudo conseruanda est. si non apparet tūc si aīalia pascuntur cōtinue in prediis ꝓprie ꝓchie eius qui dn̄s est et curam eorum gerit indubitāter illi parrochie soluende sunt. Si vero pascūtur in prediis ꝓchie aliene videt ꝙ diuidi debeant inter ecclām vbi pascuntur et ꝓchiā. ar. ff. delega. iii. l. qui saltum. de testam̄. relatum. ¶. vl. Ray. vero dicit ꝙ siquis pascit pecora in vna ꝓchia et h3 in alia ouile ꝙ de lacte fetu et lana d3 dari decima ecclesie vbi pascua sunt. ar. e. ti. cōmissum. Cconcor. Tho. se. se. q. lxxxvii. Sed secundu3 Al. si continue iacent in vna ꝓchiā et continue in alia pascun tur decime diuidi debent. Et si per medietate3 anni pascunt in vna ꝓchia et per medietatē in alia. hec Ber. e. ti. ad apostoli- ce. cōsuetudo tn̄ in talibus seruāda est. ¶ Sed cui soluent deci- mas ꝑsonales reges et principes? R. scdm̄ Inno. ep̄o soluent in cuius dyocesi h̄nt pricipale domiciliū et si in duabus dyocesibus h̄nt diuidentur inter eas ¶ Cui debet ur decima venationis pis cationis et huiusmōi? R. scdm̄ Inno. tales decime ꝑsonales sunt quia ope hominis ꝓueniunt vn̄ dande sunt ecclesie vbi ꝑcipiūtur ecclāstica sacramēta. ¶ Quid si arborem excisam in silua qs por tet ad locum vbi multum plus valet. dicendu3 scdm̄ Innocē. ꝙ soluet decima n ecclie vbi est silua deductis expensis quas fecit in transferēdo ¶ Quid si pascua pro aīalibus annuati3 vēdātur? R. scdm̄ Inno decima precii soluetur ecclē vbi sunt pascua sed

et si dñs fundi patiatur gratis pasci bestias in fundo cum herba quam euellit bestia transeat cuȝ onere suo. s. decime. dominus bestie tenebitur dare etiã decimaȝ valoris herbe. ff. de vsufruc. l. si vsufructuarius. ¶ Siquis tenet decimas in feudum nũquid ꝑpter hoc recipit decimas noualiũ? R. scdm̃ Ray. non. ſȝ debẽtur ecclesie ꝓchiali quia huiusmodi concessiones et priuilegia artanda sunt non ãplianda. e. ti. tua. nisi forte sint religiosi et ex priuilegio decimas ꝑcipiant. quia ꝑcipient etiã noualium. e. ti. ex pte. ii ¶ Quod si ipsi religiosi non ex priuilegio decimas alicuius ecclesie ꝑcipiebant ſȝ ex prescriptõe tunc decime noualiũ non eis ſȝ ecclesie soluende sunt. e. ti. cum cõtingat. ¶ Cũ conceditur aliquibus a papa vt noualiuȝ decimas recipe valeãt pro portione qua veteres eas cõtingunt non itelligitur de illis noualium decimis quas tꝑe huiusmõi ipetrationis alii possidebant nec etiam hȝ locum nisi soluȝ in locis in quibus ipsi ipetratores veteres hẽbant decimas et pro ea tm̃ portõne qua ipetratores tꝑe ipetratõis possidebãt veteres in totuȝ vel vltra medietatem non extenditur indultũ vltra medietatem noualium nisi fuerit cistertienses vel cartusienses. Iteȝ vbi per huiusmõi cõcessiones ecclesie ꝓchiales adeo grauarẽtur ꝙ non possent cõmode sustẽtari et iura epalia soluere ꝓuideatur per ordinarios ꝙ hoc possint. Item q̃uis forte religiosis exẽptis et aliis fiant infeudatões decimarum non lȝ post talem infeudatõeȝ sic de facto presumptam huiusmõi decimas de manibus laicorũ recipe absq; diocesanorum assensu. et ille tm̃ decime pñt taliter de manibus laicorũ a religiosis acquiri que añ lateranense consiliũ in feudo ꝑpetuo fuere cõcesse ¶ Et dyocesani faciãt iusticiam ꝓchialibus ecclesiis de decimis quas religiosi hñt nisi agatur de rebus exẽptis. hec omnia predicta hñtur. e. ti. statuto. li. vi. ¶ Vtruȝ decime illarũ rerũ de quibus antiqtus non cõsueuit dari debeãtur illis qui eas hñt in feudum vel recuparunt aut ecclesie? R. secundũ Ray. videtur ꝙ milites qui alias decimas ꝑcipiunt possint illas petere eo ꝙ terra illa eis ab ãtiquo fuerit decimalis. et vna eadẽ ꝙ res non debeat duplici iure censiri. e. ti. cum in tua. vel forte verum est in monasterio. secus in laico. quia non dȝ eas recipe sicut nec decimas noualium. ar. ff. de cõtrahẽ. ẽpti. l. in lege. vñ consulẽdum est ꝙ soluantur ꝓchiali ecclẽ. Idem Hosti.

¶ Qui diu decimas nõ soluit et nũc vult soluere non dʒ soluere illis qui ex sola prescriptione hactenus decimas ꝑceꝑunt. sʒ ecclẽ ꝓchiali scdm̄ Vber. ¶ Quid si sit cõsuetudo ꝙ vna ꝓchia recipiat decimã de blado et alia de vino. et terra que reddebat granum mutetur et reddat vinum et econuerso que ecclã percipiet decimam? Rꝫ. scdm̄ Hos. illa que percipiebat de blado ꝑcipiet de vino et econuerso. quia lʒ mutentur q̃litates non tam̄ subã. e. ti. cõmissum. ¶. et sicut. ¶ Vtrũ decime prescribi possint? Rꝫ. a laicis non. de prescrip. cãm xvi. q. i. ꝑuenit. et de hoc infra. prescriptio. ¶. ii. Sʒ a clericis si ꝓchiam hẽant prescribi pn̄t. de prescrip. de q̃rta. Religiosi quoqꝫ si non hn̄t ꝓchiam ipsas prescribere non pn̄t. qa nec possidere. xvi. q. i. placuit. sʒ si pn̄t tunc ratione ꝓchianorum ipsas qñqꝫ prescribunt. e. ti. contingat. et c. cum in tua. Et nota hic ꝙ ep̄us qui dicit se prescripsisse decimas in alieno ep̄atu oportet ꝙ alleget et ꝓbet titulum quia ius cõe est contra eum. nisi tãti tp̄ris allegetur prescriptõ cuius contrarii memoria non existat. de prescriptõe. ep̄i. li. vi. ¶ Si cõsuetudo ꝑcipiendi decimaʒ prescripta fuerit in vno p̄dio alicuius ꝓchie non extẽditur ꝓpter hoc ad aliud prediũ quod de nouo colitur. e. ti. cuʒ cõtingat. ff. de pac. si vnus. ¶. ante omnia. ¶ Quid de clericis qui hn̄tes sufficiens patrimonium vel aliquos redditus recipiunt decimas? Rꝫ. scdm̄ Ray. si deseruiũt ecclesie et decimas ꝑcipiunt non vt eas in malos vsus sed in pios cõsumant non peccant. alias sacrilegium cõmittunt. xvi. q. i. qm̄. i. q. ii. pastor. simile supra. clericus. iiii. ¶. pe. ¶ Quid si ep̄i vel religiosi de cõsuetudine vel priuilegio ꝑcipiunt om̄s decimas alicuius ꝓchie vtrum hoc non obstãte debeat presbitero cõpetens portio assignari? Rꝫ. sic. de pre ben. extirpãde. ¶. cuʒ igitur. et de deci. statutum. li. vi. vt. s. in vii. ¶. dcm̄ est.

DEcime. iiii. de quibus debeant dari? Rꝫ. scdm̄ Ray. de oĩbus fructibus terrarũ. arboruʒ. ortorum. nutrimentis aĩaliũ. lacte. lana. feno. lignis. piscatõibus. venatõibus fictis. pensionibus. molendinis. etiã ad ventuʒ balneis. fullonibus. lapidicinis. metallariis. Item de negociis et artificiis et ceteris bonis. etiaʒ de tp̄e. de conse. di. v. q̃dragesima. xvi. q. i. decime tributa. et q. vii. qcũqꝫ cognouerit. et c. om̄es decime. e. ti. cõmissum. et c. nũcios. et c. ñ est in ptãte. et generaliter

deoꝝ lucro licito. vt Hosti. dicit et Tho. ¶ Quid si in eadē terrā eodem anno diuersa seiantur? R. de omnibus decima dari dꝫ. e. ti. ex pte canonicorum. ¶ Sed nunquid de rebus donatis vel legatis vel successione acquisitis debent dari decime? R. secūdū Vber. Ala. dicit ꝙ non quia ex his tantū que naturaliter vel de opibus suis quis acquisierit tētur soluere. ꝓbabilius tñ videtur notasse Hugo. xvi. q. i. decime. s. ꝙ donatarius et legatarius tenetur dare decimaꝫ de re donata et legata lꝫ decimata fuerit a legante vel donante. filius tñ si succedat patri cum omnia bona patris quodāmodo ptineant ad ipm nō tenetur ea decimare si decimata sunt a patre. sed heres extraneus bene tenetur. ¶ Sed vtrum de illicite acquisitis tēatur quis dare decimā? R. scdm Hosti. prediales decime indistincte solui debent a possidēte predia siue possessore iusto siue iniusto. nec solum a catholico sꝫ etiam a iudeo. heretico. vel pagano. e. ti. de terris. et hoc quia dantur rōe prediorum. etiā si terra seminata fuissꝫ semine furtiuo et huiusmōi. Cōcor. Ray. et Tho. ¶ De psonalibus vero distinguuntur vtruꝫ teneatur quis ad restitutōem vt in furto. rapina. symonia. vsura. ludo. iiusta exactione. iiusta sententia. iniusto bello et huiusmōi quia tunc non dꝫ dari decima nec recipi. Si vero non tēatur quis ad restitutōem vt in meretricio ystrionatu et silibus tunc si ex peccato notorio questus prouenit ecclesia non dꝫ recipe ne videatur pctm̄ approbare. secus si occultū esset q̄uis prelatus hoc sciret. ar. xxxii. q. v. xpiana. vi. q. i. si omnia. Idem Tho. se. se. q. lxxxvii.

Decime. v. quo ad laicos. vtrū laici aliquo casu absꝙ peccato possint in feudum decimas hēre? R. Ray. a tēpore lateranensis consilii celebrati sub alexādro papa nullomō laicis decime possunt conferri. nec valet talis collatio siue infeudatio. e. ti. ꝓhibemus. imo etiā deponendi sunt transgressores e. ti. q̄uis. Quod si ius pcipiendi fructus tpales decimaruꝫ fuit laico cōcessum in feudum añ dcm̄ consilium. et laicus bñ viuat et defendit ecclesiā sicut bonus vasallus potest excusari. alias in piculo anime tenet. ¶ Hosti. vero dicit ꝙ a tpe multuꝫ añriori ñ potuerunt decime in feudum laico concedi. sicut nec modo pñt ab alio q̄ a papa. vt in constitutōe feudorum epm vel abbateꝫ. et addit ꝙ Ray. forte non viderat illam constitutōem. ¶ Vtrū

laicus tenens ab ecclesia decimam in feudum possit ipsum feduz in aliuz laicũ transferre? R. scdm̄ Ber. si ab antiquo et licite teneat satis videtur ꝙ de concenssu episcopi possit scdm̄ silitudinē aliorum feudorũ. nec dicitur episcopus in feuduz illas tũc dare de feu. c. ii. Si vero laicus nõ in feudũ sz de facto tenet decimas nec in clericos nec in laicos transferre potest. etiã de cõcẽssu episcopi. de his que fi. a prela. cum apostolica. ¶ Vtrum laicus q̃m libet decimam sibi in feuduz concessam possit dimisso iu re feudi liberam de concenssu episcopi in locũ religiosum simpliciter trãsferre? R. hoc videtur cõcedere decretalis de his que fi. a prela. cum apostolica. super quo Innocen. sic dicit ¶ Notandum hic ꝙ intelligitur reuocatio fieri ad ecclesiam non solum si ad illam reuocetur ad quam de iure spectat. sz etiam ad quãcunqꝫ aliam. Et ita secundum quosdaz potest episcopus decimas que tẽntur ab vna ecclesia conferre alteri. quia modicum dãnum fit ecclie a qua tẽbantur in feudum. et magnum est lucrum illius cui cõferuntur. Sed melius placet dicendum ꝙ dicta decretalis loquit̃ de decimis q̃ tenentur in feudũ ab ipsis episcopis ¶ Nec mirandũ quod dicit ꝙ monendus est feudatarius ꝙ restituat ecclẽ parrochiali. quia hoc intelligendum est si episcopus a quo tenetur in feudũ cõcenserit. sicut ibi dicitur. nec sine eius cõcenssu ab ipso aufertur feudum suum. Item non mirandum si dicit potius ꝙ restituatur ecclesie prochiali q̃ alteri. quia res defacili redit ad naturam suam. Creditur enim ꝙ quando episcopus illam decimam concẽssit in feudum fuit accepta ab ecclesia parrochiali ꝓ aliqua vtilitate episcopatus. Nam si ab aliqua ecclesia q̃ parrachiali tenebatur non sufficeret concenssus episcopi vt illa perderet feudum suum. nisi magna causa subesset. ar. de re. eccle. n̄ alie. c. i. ¶ An rustici soluendo militibus qui possident decimas excusentur a solutione et a peccato? R. secundum Ray. si rustici sciunt vel credũt milites auctoritate ecclesie licite recipere excusantur presertim cum ecclesia nec a rusticis petat nec militibus contradicat ¶ Si vero sciant ꝙ illicite decimas recipiunt non liberantur si tamen per metum soluerent excusantur in parte. xxxii. q. v. ita ne. ꝙ metus cã. sacris ¶ Vber. vero dicit absolute ꝙ rustici liberantur et non peccant soluendo. nisi placeret eis hoc modo ecclesiam defraudare. Vtruz ecclesia possit ab aliquo

iniusto possessore redimere decimas absq; symonia? R. secundū Ray. potest dici q redimi possunt dumtam̄ fiat auctoritate epi que multuz excusat in talibus. de prabē. nisi. et de re. permu. alie. quesitum. Idez Gof. et Hosti. Sed et Vber. addit q si parrochialis ecclesia velit redimere huiusmodi decimas non est necessaria auctoritas episcopi. tn̄ qa cuilibet est licitum redimere ius suum. tum quia non dat temporale pro spirituali sed tantū tēporale pro temporali scilz pro fructibus decimarum. nam ius spirituale percipiendi decimas remanet semp penes ecclesiā. Et eadem ratione miles lz peccet non tam̄ cōmittit symoniā. licet Hosti. contrarium dicat. ¶ Vtrum ecclesia possit ab aliquo iniusto possessore decimas in pignus recipere? R. secunduz Ray. ecclesia decimas que sibi debentur potest vbiq; in pignus recipere. nec tenetur fructus cōputare in sortem. Et eodemō dicendum si que possessiones de fructibus decimarum fuerunt empte ab illo possessore scilz q illas recipere potest in pignus et non tenetur fructus cōputare. in sortem. Nam res quecunq; empta de pecunia ecclesie ipi ecclesie aquiritur. Et hoc dico si ecclā nō defacili potest eas recupare alias de his que fi. a pla. cū aplica. Porro decimas que alteri ecclesie debentur non debet ecclesia in pignus nec aliter a laicis recipere. e. ti. iterdicimus.

Defuncti. de suffragiis pro defunctis vide infra. purgatorium. et infra. suffragium. Itē de defunctis vide infra. mortus. et infra. sepultura.

Degradatio. Duplex est degradatio. quedam eni est verbalis scilz depositio ab ordinibus seu gradibus ecclāsticis eorum qui sunt in sacris ordibus. et hec facienda est a ꝓprio episcopo. assistente sibi canonico numero episcorum. Si vero deponendus non esset in sacris sufficeret sententia episcopi sine aliorum presentia. Quedā vero degradatio est actualis siue solennis que debz sic fieri. clericus degradandus indutus sacris vestibus habens in manibus vas vel aliud instrumētum seu ornamentum ad ordinem suuz spectans ac si deberz in officio suo solenniter ministrare ad episcopi presentiā adducatur. Et tunc calix liber seu queuis alia res que in ordinatione ab episcopo fuerat tradita singulariter auferatur incipiendo ab eo quod ei vltimo datum fuerat. et sic gradatim procedendo vsq; ad primaz

vestem que traditur in collõne tonsure. et post raditur vel ton
detur potest autem episcopus vti aliquibus verbis ad terrorem
oppositis illis que in collatione ordinum prolata sunt hoc modo
vel simili. auferimus tibi vestem sacerdotalem et te ordine sacer
dotali priuamus et sic de aliis et in vltimo dicendo. auctoritate
dei omipotentis pa. et fi. et spiritus s. ac nostra tibi auferimus
habitum clericalem. et deponimus. degradamus et spoliamus
et exuimus te oī ordine beneficio et priuilegio clericali. hec oīa
de penis. c. degradatio. li. vi. ¶ Sacerdos vel alius clericus in sa
cris cũ pro heresi fuerit sclãri curie relinquẽdus seu degradãdus
poterit fieri per suũ solũ epz cõuocatis abbatibus et aliis p̃latis
et religiosis et literatis sue dyocesis sicut expedire videtur. de he
reti. quoniã. li. vi. ¶ Qualiter clericus degradatus ꝓpter here
sim et huiusmodi tradi debz potestati seculari? R. eius degrada
tio presente potestate celebranda est. quo facto dicetur ei vt in
suum forum recipiat degratum. et sic intelligitur tradi. sz pro
eo debet ecclesia intercedere ꝙ non moriatur. de ver. sig. noui-
mus. ¶ Non omnis degradatus tradẽdus est potestati seculari.
sed in tribus casibus. Primus in crimine heresis. de hereti. ad a
bolendam. ¶. i. et ii. nisi in continenti ad penitentiam redire vo
luerit. de hereti. excoīcamus. ¶. damnati. Secundus casus est
in falsario literarum domini pape. de crimi. fal. ad fasariorz.
Tercius cum quis deponitur ꝓpter calumpniam quam intulit
suo episcopo. xi. q. i. siquis sacerdotum. ¶ Degradatus scdm̃
Vber. si fuerit in sacris bene tenetur dicere horas canoīcas. qa
non liberatur sed obligatus remanz ad ea que sunt oneris. ñ tñ
dicet dominus vobiscum. et similia verba que ad dignitatem or
dinis pertinent. ¶ Degradatum episcopus non potest restituere.
vt infra. episcopus. ¶. vi.

DElectatio. vtrum concensus in delectatõez peccati mor
talis mentalem sit peccatũ mortale? R. secundum Tho.
i. se. q. lxxiiii. dicẽdũ ꝙ sic sicut et theologi coiter dicũt.
Nam et Augus. dicit. xii. de trini. ꝙ ꝓpter peccata cogitatõis
etiam sine voluntate perficiendi sed cum voluntate oblectandi
totus homo damnabitur. ꝙ enim aliquis consentiat in talẽ de-
lectationem nichil aliud est q̃ ꝙ consentiat ꝙ affectus suus sit in
clinatus in fornicationem. nullus eni delectatur nisi in eo quod

est conforme appetitui eius. ¶ Et notandũ hic q̃ vt dicit ibidẽ Tho. non dicitur delectatio morosa secundum diuturnitatẽ tẽporis sed ex eo q̃ ratio deliberans circa eam imoratur nec eam repellit tẽns et volens libenter ea que statim vt attingunt animum respui debuerunt. vt dicit Augus. xii. de trini. ¶ De tactibus et osculis et huiusmõi vide infra. luxuria. ¶. fi.

Delegare. delegare est vices suas alteri committere. Queritur ergo an episcopus possit delegare et cui? R. secũdũ Ray. et Vber. distinguẽdum est quia quedam sunt que ptinẽt ad ordinẽ ep̃alẽ. sicut cõsecratio vel recõsiliatio ecclesiarum. ordinatio clericorum et similia. et ista potest episcopus delegare tm̃ episcopis. de of. or. q̃ sedem. de conse. eccle. aqua. quenetiam metropolitanus post confirmatõnem ante pallii receptionẽ potest episcopis cõmittere cõsecrationẽ suffraganei sui. de elec. suffraganeis. Sunt alia quedam que ptinent ad iuriditionem. sicut est audientia cãrum. absolutio peccatorũ. et huiusmodi et ista indubitãter potest alteri delegare. vt in dicto c. aqua. Ita tamen q̃ criminales causas clericorum cuʒ agitur ad depositionem non potest delegare nisi in casu scilʒ si inciperet abesse propter ecclesie sue necessitatem vel aliam magnã causam. et tunc cõmitteret non diffinitioneʒ cause sed cognitionẽ tm̃. ar. ff. de of. eius cui man. iu l. i. C. de pedaneis iu l. ii. nisi si cõmitteret diffinitionem totius cause alteri episcopo quod potest facere secundũ quosdaʒ cum non sit ei inhibitũ. Sunt et quedã alie cause que licʒ non sint criminales tamẽ ꝑpter earum excellentiam non debʒ eas delegare nisi causa multum iusta et necessaria ĩpeditus. vt est causa matrimonialis et similes. de consangui. et affi. ex literis. in fi. Non debʒ etiam delegare potestatẽ dispensandi cuʒ irregularibus nec absoluendi illos qui manus violentas iniecerunt in clericos in casibus sibi a iure concessis. vt de pueris et mulieribus et similibus. Et lʒ hoc delegare non debeat potest tam̃ cuʒ non sit ei ꝓhibitum imo de percutientibus clericos cõceditur. de of. or. eis. Alias vero causas minores spirituales etiaʒ vt de decimis iure patronatus et similes potest delegare. non tamen laicis. sʒ clericis tm̃. de iudi. decernimus. et c. q̃to. pecuniarias vero causas potest imo forte idistĩcte debet delegare. nec deberʒ ipse in talibus occupari. ar. ii. q. i. te qdẽ.

¶ Sed vtrum delegatus possit alteri causam subdelegare? R. n̄ potest nisi in tribus casibus. Primus est si lis est corā eo contestata. et sic intelligitur. de sen. et re iudi. cuȝ bertoldus. ar. C. de procura. neq̧ tutores. Secundus q̄n vniuersitas causarum alicuius ville vel castri vel ecclesie est alicui delegata. tūc potest enim vnam cām delegare. ff. de iudi. cum precor. ¶ Tertius si est delegatus a papa vel a principe. tunc enim potest totam causaȝ indistincte vel partem eius alteri delegare. de of. dele. q̄uis. et c. super questionuȝ. et c. pastoralis. Ille tam̄ cui papa cōmittit inq̄sitionem vel prouisionē ecclesiis faciendā de prelatis seu aliis ministris quia i huiusmodi casibus idustria et fides persone cui cōmittitur eligi videtur non potest hoc alteri delegare. Itē nec ille potest delegare cui papa cōmittit predicare truceȝ. excoicare vel absoluere aliquos. dispensare cum irregularibus vel iniūgere penitentias. quia non cōmittitur sibi iuriditio sed certum ministerium salua semp auctoritate legatorū apostolice sedis. de of. dele. quoniaȝ apostolica. Et saluo si haberent speciale mādatum subdelegandi. vt notat Io. an. de of. dele. is cui. li. vi.
¶ Sed nunquid episcopus potest delegare his qui sunt de alieno episcopatu? R. scdm̄ Vber. delegare potest ea que pertinent ad iuriditionem voluntariaȝ sȝ non potest eos cōpellere ad suscipiē dum eius cōmissionem. cum nichil eis p̄cipere possit. sed nec potest eis delegare que ptinent ad iuriditioneȝ contētiosam que n̄ habet locum vt fiat in alieno episcopatu. ¶ De iudice delegato et de eius officialibus et an possit aliquid recipere. habetur ifra iudex. primo. §. iiiii. et v.

Denuntiatio. duplex est denuntiatio. vna que fit prelato n̄ tanq̄ iudici. sȝ tanq̄ singulari persone scdm̄ exigentiā correctionis supne. de hac ma. vide supra. correctio. ii. Alia est denuntiatio que fit prelato tanq̄ iudici vt inquirat et puniat. et de hac vide infra. iq̄sitio. p totū. et. s. crim̄. §. fi.

Depositum ¶ Quomō et quando depositū reddi debet? R. reddi debȝ ipsa res deposita. quod tam̄ fallit in q̄tuor casibus. primus cuȝ quis gladiuȝ deposuit deinde furiosus factus ipsum repetit. xii. q. ii. nequis. secundus si deponens deportatur. i. exulat. nā bona eius publicātur. ff. e. bona fides. tertius est q̄n fur deposuit et cum domino in petitione cōcurrit

quia tunc potentior est dominus vt in predicta l. et xvii. q. vii. xii. q. ii. cum deuotissimã. q̃rtus quando fur deponit apud illũ cui surripuit vel apud ꝓprietarium. vt ꝓbatur per eadeꝫ iura. ¶ Depositori licꝫ pro voluntate sua depositum reuocare. e. ti. bona fides. Et vt Inno. notat ibi etiam contra pactũ appositũ. quia potest penitere. ff. e. l. i. ¶ Circa depositum non est locus dispensationi scilꝫ in totum vel deductioni scilꝫ pro parte. lꝫ cõpensatio amittatur in aliis si causa est liquida ita vt facilem exitum habere credatur. e. ti. bona fides. ¶ Vtrum depositarius tẽatur satisfacere deponenti si res apud euꝫ ꝑeat? R℟. tenetur si cõmisit dolum vel latam culpam. vtputa si depositionis apud m̃ seruum vinctum et ego mĩa ductus soluo eum. ff. e. si hoiem. Item quãdo depositarius res suas saluas habꝫ et depositas amisit presumitur contra ipsum. vt quia suas clausit in archa et depositas non. sed et tẽtur etiam de leuissima culpa si sit in mora. vel si obtulerit se deposito vel si aliq̄d receperit pro custodia aut si gratia depositarii fiat depositꝫ. de casu etiam fortuito tẽtur si pactuꝫ culpa vel mora precessit. hec omnia. e. ti. bona fides. ¶ Ecclesia non tenetur deposito nisi quando depositum fuerit prelato et capitulo p̄ntibus et recipientibus aut nisi inq̃tum locupletior esset. e. ti. c. i. ¶ Vtruꝫ depositario liceat vti re deposita? R℟. depositarius vtendo cõmittit furtũ. ff. de condi. fur. qui furtum. hoc intellige q̄n est expresse prohibitum ne vtatur alias non cõmittit si putauit dñm ꝑmissurum. ff. de fur. q re. Idem intellige nisi deponatur quod continetur in numero. pondere vel mensura. et non obligetur. hic enim excedũtur fines depositi et transfertur dñium et sic vti potest. si vero obligatur vel clauditur eoipso videtur prohibuisse ne depositarius vtatur nisi cõtrariuꝫ diceretur expresse. vt ff. e. licet. ℱ. rei. et l. die. ℱ. qui pecuniam. et l. quintus. ¶ Quid si res deterior reddit? R℟. reddita non videtur. ff. e. l. i. ℱ. si res. ¶ Heres depositarii tenetur de precio rei deposite ignoranter ab eo vendite. immo etiam si non sit heres nichilominus ab eo id quod secutuꝫ est extorquetur. ff. e. l. i. ℱ. vlti. et l. ii. et iii. ¶ Vtruꝫ peccꝫ qui rẽ suam apud alium depositam vel etiam iniuste detẽtam furtim accipit? R℟. scdm̃ Tho. se. se. q. lxvi. Ille qui furtim accipit rem suam apud alium depositã grauat depositariũ. quia ille tenetur

ad restituendū vel ad ostendēdum se innoxium. vnde manifestū est ꝙ peccat et ꝙ tenetur ad reuelandum grauam̄ depositarii. Qui vero furtim accipit rem suam apud alium iniuste detētam peccat quidez non quia grauz eum qui retinet. nec tenetur ad restituendum aliquid sz peccat contra cōem iusticiam duz ipe sibi vsurpat sue rei iudiciū. iuris ordine pretermisso. et ideo ten̄tur reo satisfacere et dare operam vt scandalum ꝓximorum si inde ortum est sedetur. hec Pe. et Al.

Derisio. vtrum derisio sit spāle peccatum? R℞. scdm̄ Tho. se. se. q. lxxv. dicendum ꝙ sicut aliquis cōuiciando intēdit deprimere conuiciati honorem et detrahendo diminuere famam. et susurrando tollere amiciciaz. Ita irridendo intendit ꝙ ille qui irridetur erubescat et quia hic finis distinctus est ab aliis ideo etiam peccatum derisionis distinguitur a dictis peccatis. ¶ Vtrum derisio sit peccatū mortale? R℞. scdm̄ Tho. vbi supra. dicendum ꝙ qn̄ aliquis malum alicuius ꝑsone vel defectū in ludum vel risum ponit derisio dicitur. et siquidē hoc fiat inq̄tum malum est ꝑuum scdm̄ se. sic derisio est veniale. sz quando accipitur quasi ꝑuum ratione ꝑsone. sic aliquem irridere est eū oino ꝑuipendere et eum vilem extimare vt de eius malo non sit curandum. sz sit q̄si pro ludo hn̄dum. et sic derisio est peccatuz mortale. Et grauius q̄ cōtumelia qa cōtumeliosus videtur accipere malum alterius seriose. Irrisor autez siue illusor in ludū et ita videtur esse maior contēptus et honoratior et scdm̄ hoc est graue peccatum. et tanto grauius q̄to maior reuerentia debetur ꝑsone que illuditur. vnde grauissimum est irridere deum et ea que dei sunt. secundo est grauis irrisio ꝑentum. tertio derisio iustorum per quaz homines etiam a bn̄ agendo ipediunť.

Desperatio. vtrum sit peccatum? R℞. scdm̄ Tho. se. se. q. xx. circa deum vera extimatio intellectus est ꝙ ex ipso prouenit hoīz salus et venia pc̄tōribus datur. scdm̄ illud Eze. xvii. nolo mortem peccatorū sz vt conuertatur et viuat. falsa autem opinio est ꝙ peccatori penitenti veniam deneget. vel ꝙ peccantes ad se non conuertat per gratiam iustificantez. et ideo sicut motus spei qui conformiter se habet ad extimationem veram laudabilis est. Ita oppositus modus scilz desperatōis qui se cōformat extimatōi false de deo est viciosus et est pc̄m.

Et circa hāc ma. hētur infra. presumptio. circa mediū. De desperatione inq̄tum est vnum de impedimentis penitentie vide infra. penitentia. iiii. ¶. i.

Detractio. detractores scd̄m Ray. sunt qui vitā et bonos mores aliorū corrūpere vel minuere nitūtur. ¶ Detractio scd̄m Tho. se. se. q. lxxiii. differt ā cōtumelia dupliciter. Primo q̄tum ad modū ꝓponendi verba. quia scꝫ cōtumeliosus maifeste cōtra aliquem loq̄tur. detractor occulte. Scd̄o q̄tum ad finem intentū. siue q̄tum ad nocumētum illatum. qa scꝫ cōtumeliosus derogat honori. detractor fame. Et dicūtur verba detractionis occulta non simpliciter sꝫ per cōpatioꝫ ad eum de quo dicuntur. qa eo absente et ignorante dicūtur etiā si coram multis aliis dicātur. ¶ Quot modis detractor famam alicuius diminuit? R℞. scd̄m Tho. vbi supra. detractor hoc agit dupliciter. q̄nq̄ quidem directe. q̄nq̄ vero indirecte. directe quidem q̄druplıciter. vno mō q̄n falsum alteri imponit. scd̄o quādo peccatum suis verbis adauget. tertio q̄n occultum reuelat. verbis coibus. cātilenis. signis. seu etiā in scriptis q̄ appellātur libelli famosi. de quibus vide infra. libellus famosus. ¶. iiii. q̄rto q̄n id quod est bonum dicit mala intētione factuꝫ. Indirecte vero dupliciter. quia vel negando bonum alterius. vel malicio se retinendo. ¶ Vtrum detractio sit peccatum mortale? R℞. secundum Tho. vbi supra. dnd̄um ꝙ quia inter res tp̄rales fama videtur preciosior. et per eius defectuꝫ homo ipeditur a multis bn̄ agendis. ideo detractio per se loq̄ndo est peccatum mortale ¶ Contingit tam̄ q̄nq̄ ꝙ aliquis ꝓfert verba per que fama alterius dinuitur. et non est detractio formaliter loq̄ndo vt si ꝓferat ꝓpter aliquod bonum vel necessariū cum debitis circunstātiis. et sic non est peccatum. vt patꝫ in denūciatione et accusatōe. si autem ꝓferat ex animi leuitate vel ꝓpter aliquod non necessarium non est peccatum mortale. nisi forte verbum quod dicitur adeo graue ꝙ notabiliter famā eius ledat et precipue in his que ꝑtinent ad honestatem vite quia hoc ex ipso genere verborum habet rōem peccati mortalis. et tenetur aliquis ad restitutionem fame. sicut et alterius rei. ¶ Sed q̄liter detractor restituet famam? R℞. scd̄m Tho. se. se. q. lxii. dicendū ꝙ aliquis pōt auferre alicui famā tripliciter. vno mō veruꝫ dicendo et iuste.

puta cū quis crimen alicuius ꝓdit seruato debito ordine. et tūc non tenetur ad restitutōem fame. Alio modo falsum dīdo et in iuste. et tunc tētur famā restituere cōfitendo se falsum dixisse et iniuste. tertio verum dīdo ſʒ iniuste. puta cum aliquis ꝓdit crimen alterius contra ordinē debituʒ. et tunc tenetur ad restitutionem q̄tum pōt sine mendacio tn̄. vtputa ꝙ dicat se male dixisse. vel ꝙ iniuste eum diffamauit. vel si non possit famā restituere dʒ ei aliter recōpensare sicut et in aliis iniuriis. ꝓbātur hec v. q. i. qdam. et xiiii. q. vi. si res. ¶ Vtrum peccet quis audiendo detractorē? R. scdm̄ ¶ Tho. se. se. q. lxxiii. si aliquis detractiones audiat absq; resistentia videtur detractioni cōsentire. vn̄ fit pticeps peccati eius. et siquidē inducat eum ad trahēdum vel saltē placeat ei detractio ꝓpter odiuʒ eius cui detrahit non minus peccat q̄ detrahens et qn̄q; magis. ¶ Si vero ei pc̄m non placet ſʒ ex timore vel negligentia uel etiā verecundia q̄dā omittit repellere detrahentē et ostendere ei ꝙ detractio displiceat. tunc peccat qdem ſʒ multominus q̄ detrahens. et plerumq; venialiter. qn̄q; etiam hocipm̄ potest esse mortale vt quia ex officio incūbit ei detrahentem corrigere vel etiam ꝓpter aliquod piculum inde consequens. vel ꝓpter radiceʒ q̄m timor hūanus ingerit qn̄q; potest esse pc̄m mortale de quo vide ifra. timor. ¶. i. Detractio in quo differt a susurratōe vide ifra. susurratō

Dyaconus. an liceat dyocono deferre corpus xp̄i ad infirmum et eū coicare? R. scdm̄ Vber. non. nisi in extrema necessitate absentibus ep̄is et presbiteris. di. xciii. dyaconus. nam in necessitate et p̄nte presbitero potest dyaconus iussu eucharistiā populo dispensare. vt di. xciii. dyaconi ita se. Et sicut ibidē notauit Hugo. etiam absente presbitero si tanta sit necessitas ꝙ iussus presbiteri expectari non possit non est expectandus. ꝙ si presbiter dyacono etiā in necessitate ꝓhibeat et ex precessa causa puta qa vsurarius est vel alias impenitēs est qui petit coionem obediendum est ei. alias non. Naʒ et Tho. in iiii. di. xiii. dicit ꝙ dyaconus lʒ possit sanguinē in calice dispensare sicut etiam in qbusdam eccliis dispensat dyaconus mistris sanguinem tn̄ non dʒ corpus xp̄i dispensare quia non habʒ manus consecratas ad tangendū. et hoc intellige nisi de mandato presbiteri vel ep̄i. vel presbitero longe posito in casu necessitatis. vt

di. xcii. presente. Quo modo dyaconus habeat ꝓuidere de lotione corporalium et huiusmodi vide supra. corporale.

Dignitas. ecclesiastica dignitas scdm̄ Inno. et Hosti. est q̄dam p̄eminētia in gradu. et pro eodem sumūtur digitas et personatus. vt archidyaconatus. primiciatus. decanatus. et huiusmodi. Et intelligitur esse dignitas vel ꝑsonatus secundum consuetudinē vel institutōem ecclesie. Nam posset esse ꝙ aliquis in aliqua ecclā exercet officium archidyaconi cognoscendo de causis clericorū et de aliis non tn̄ reputādus est ob hoc esse in dignitate nisi vocetur noīe quod dignitas sonat. ꝙ si vocetur aliquo mō noīe dignitatis. vel pro ꝑsona in dignitate cōstituta reputetur lʒ nullum misterium dignitatis faceret reputandus est in dignitate dummō ꝑpetuam eam obtineat. de statu. mo. c. ii. ℭ. fi. ℭ Nemo potest simul plures hēre ecclāsticas dignitates. nec etiam plura bn̄ficia curam aīarum hn̄tia. vide hoc supra. bn̄ficium. i. ℭ. ii. ℭ Dignitas siue cura ab eo qui iā xx. annos cōpleuit ex dispensatione epi potest haberi. de etate. et qua. ꝑmittimus. li. vi.

Discere. discere dʒ etiam q̄libet prelatus q̄cunqꝫ non soluʒ a maiore sʒ etiaʒ a miori. dūtn̄ erudito. vn̄ di. xxxviii. nullus epus ꝓpter obprobrium senectutis vel nobilitatē generis a ꝑuulis eruditis et mimis siquid est vtilitati et salutis inq̄rere negligat. qui enim rebelliter viuit et discere atqꝫ agere bona recusat magis dyaboli menbrū q̄ xp̄i esse ōnditur. et potius infidelis q̄ fidelis esse mostratur. vnde et Augus. ait. ego senex et epus tot ānorum a iuuene et collega nedum annicłō patus sum edoceri. xxxiiii. q. iii. si habes. Ad ma. discendi facit infra. magister. i. et magister. ii. et īfra. scia. et īfra. studium.

Disciplina. disciplina correctionis siue punitōis quā prelati qn̄qꝫ imponunt non dʒ esse vsqꝫ ad effusionē sanguis. ar. de rap. in archiepatu. Et scdm̄ Vber. intelligi debet de effusiōe enormi. de correctōe p̄latorū. vide. s. correctō. q. i

Discordia. vtrum sit pc̄tm̄ mortale? Rꝫ. scdm̄ Tho. se. se. q. xxxvii. qn̄ quis scienter et ex itentōe dissentit a bono diuino vel a bono ꝓximi in quo dʒ cōsentire. hoc est peccatum mortale ex suo genere ꝓpter contrarietatem ad caritatem licʒ primi motus huius discordie sint pc̄tā venialia propter

impfectionem actus. sz cum intentio aliquorum est ad aliquod bonum quod ptinet ad honorem dei vel vtilitatem pximi cum vnus extimat hoc esse bonū. alius aūt hz cōtrariam opinionez non est pctm̄. nisi huiusmodi discordia vel sit cum errore circa ea que sunt de necessitate salutis vel si ptinatia indebite exhibeat. ¶ Ex quo etiā patz q̄ discordia qn̄q3 ē ex peccato vnius tm̄. qn̄q3 est ex peccato vtriusq3 puta cum vterq3 dissentit a bono alterius et diligit bonum pprium. et vide infra. litigium.

Dispensatio. dispensatio scdm̄ Ray. est iuris relaxatio. vn̄ vocatur vulnus quia vulnerat cōe ius. xxiii. q. iiii. ipsa pietas circa fi. Hosti. quoq3 dicit sic. dispensatio est rigioris iuris per eum ad q̄m spectat misericors et canonice fcā relaxatio. vt colligitur. i. q. vii. nisi rigor. et c. seq̄ntibus. ¶ Sed nunquid dispēsatio est ius? R℞. scdm̄ Ray. dispēsatio scdm̄ q̄ est in dispēsante est ptās siue actus ptātis a iure cōcessus. sed scdm̄ q̄ est in eo cum quo dispensatū est sic est ius priuatuz. i. licentia vel pmissio quedā fcā alicui cōtra rigorē iuris. sz non est ius cōe. ar. xxxiii. q. ii. interfectores. et c. in adolescētia. Cōcor. Hosti. ¶ Vtrum dispensatio sit necessaria in occultis? R℞. scdm̄ Vber. in occultis in q̄bus pōt dispensari dispēsatio est necessaria non pter depositōem vitandam. quia occulta peccata vindictam non hn̄t. sz quia de eo sup quo dispensatū est accusari q̄s non potest. ar. de fi. pres. ex tua. alioq̄n etiam post pactam penitentiam possz accusari. ar. xxxiii. q. ii. admonere. xv. q. v. presbiter. ¶ Dispensatōnum aliqua est debita. aliqua phibita. aliqua pmissa. debita est cum multorum scandalū timetur. di. l. vt constitueretur. ¶ Caue tn̄ ne decipiaris in scandalo. vide ifra scandalum. Item debita dispēsatio est ratione tp̄is vel psone vel pietatis vel necessitatis ecclē vel euentus rei. Et de singulis horum ponitur. i. q. vii. nisi rigor. et caplis et ¶. seq̄ntibus. vsq3 ad ¶. ecclesie. Et breuiter vbicunq3 subest iusta causa dispēsatō debita est. di. l. dn̄o sancto. ver. deinde. et ver. ecclesie. et c. cōsiderandum. ¶ Et licz ex causis predictis dispensatio sit debita et peccet prelatus non dispēsando vt est ar. ii. q. iiii. q̄to. in fi. tn̄ subditi non hn̄t ius petēdi nisi forte supplicādo. ¶ Dispensatio vero phibita est vbicunq3 non potest fieri sine manifesta decoloratione ecclesie. Itez vbicunq3 non est iusta causa dispēsandi.

i·q·vii·tali·et c·si illa·de elec·inocuit·¶·multa·et ¶·fi· Dispensatio vero pmissa est aliqn̄ in casu·vt di·l·si quis presbiter· et multis casibus qbus iura pmittunt dispensatoem· ¶ Quid si epus indiscrete dispensat? R̷· scdm̄ Ray·si de hoc fuerit accusatus pūiendus est pena depositōnis·di·li·¶·i·in fi·et c·qui aliquo·in fi·Sed Hosti·dicit q̧ hoc forte locum hꝫ si cōmonitus incorrigibilis sit·et ꝓpter hoc suspensus et sentētiam suspensionis cōtempnens in sua cōtumatia pseuerat·ar·de preben·graue·¶·volentes·vel predicta c·pn̄t intelligi qn̄ eps dispensat in eo quod de iure n̄ pōt· ¶ Dispēsatio i multis casibus epis est ꝓhibita·primo in homicidio·di·l·miror·et intellige siue iusto siue iniusto et quocūq̧ mō fiat·siue vt siqs vindictā sanguinis dictat vel scribit aut cirurgiam exercet aut vindicte sanguis auctoritatem exhibꝫ·et in oibus similibus si inde mors fuerit subsecuta·vel etiā mutilatio m̄bri·vt notāt Inno·et Hos·de cle·pug·in dul·c·i·Cum nullo eni talium pōt epus dispensare in officio secus q̧ clericus possit esse in beneficio·de cle·pug·in du·c·ii· aut etiam si mors vel mutilatio non iteruenerit·vt in prealle·c·i·De ista materia vide infra irregularitas·i·Secundo in symonia ordinis siue bn̄ficii scienter per symoniā acqsiti·vide infra·symonia·vii·in qnq̧ vl·¶·Tertio in illo qui cum esset suspensus interdictus vel excoicatus dānabiliter ingessit se dinis· de sen·et re iudi·cū eterni·de sen·exco·cū medicinalis·li·vi· Quarto in clerico qui excoicatus in consilio accedit ad iudiciuꝫ principis cōtempto iudice ecclesiastico ·xxi·q·v·siquis epus· hoc in bigamo·de biga·nup·et c·fi·vide supra·bigamia· ¶· viii·v in clerico non ordinato mistrante·de quo vide infra·ordinatus·ii·sexto in illo qui ordinem furtiue suscepit vide ifra ordinatus·i·¶·iiii·ix cum quis fuit ordinatus extra tp̄ra vel ab alieno epo· et qn̄ dispensationem mistrauit scdm̄ quosdam· ar·de sacra·ite·c·i·di·lii·sollicitudo·sꝫ verius ē q̧ dyocesanus cum tali poterit dispensare·ix·q·ii·ludunensis·de tp̄i·or ·consultatōi·nisi forte fuisset sibi interdicta executio ·et postea ministrasset· vt dictum est decimo siquis excoicatus ordines suscepit ·de sen·ex·cum illorum primo R̷· et eodem mō si suscepit ordines existens apostate a religione ·de apos·fi·in predictis ergo casibus ad papam ptinet dispensatio ·nec dispensat faciliter

vt est in homicidio volũtario in symoia et bigamia. et vide etiã ¶. seqñtẽ scz de casibus papalibus. ¶ Sũt et alii casus dispẽsationis ad papã ptinẽtes in qbus raro imo nũq̃ dispẽsatur. ¶ Primus qñ qs bis sciẽter se baptizari pmisit. de cõse. di. iiii. cos. et c. q bis. et idem si ignoranter et postea cum sciuerit ratum hũerit. Siliter qui bis sciẽter recepit eũdẽ ordinẽ. i. q. vii. saluberrimũ Idẽ etiã itelligas de reconfirmato. ar. lxviii. di. c. i. de conse. di. v. dictum. ¶ Secundus est siquis ad subuertendum fidem fecerit se ab hereticis ordinari. i. q. vii. couẽientibus. Tertius est si quis ita ordinetur q̧ symonia interueniat tam ex pte ordinati q̃ ex parte ordinantis. ix. q. i. ab excoicatis. i. q. i. siquis eps. de hiis casibus suut versus. ¶ Siue bis ordo datur seu baptismus repetatur. Siue vt vertatur fidei status ordo repetatur. vel si prestetur vt vterq̧ simon operetur. vt dispẽsetur spes irrita ꝑrsus habetur. ¶ Sed preter predictos casus qui sunt irrigularitatum inducti sunt. adhuc alii casus in quibus dyocesani dispensare non possunt. vt q̧ vni ecclesie duo pariter presint. xxxi. q. ii. c. pe. nec q̧ vnus habeat plura bñficia cum cura. de preben. cũ de multa. nisi in casibus quos habes supra. beneficium. i. ¶. iii. Item non possunt dispensare cuz illegitime natis. nisi ad minores ordines et beneficiũ sine cura. de. fi. pres. is qui. li. vi. Itẽ non dispensant cũ eo qui est suspensus in consilio propter iniustam bñficiorum collationem. de preben. graue. in fi. Item nec in aliis casibus specialiter summo pontifici reseruatis de quibus vide infra. papa. ¶. iiii. et sequentibus. ¶ Vtrum epus possit dispensare cuz eis qui paciuntur defectuz in etate? ℞. secundũ Io. an. q̧ quis ꝓmoueri possit ad epatum si non cõpleuit xxx. annuz solus papa dispensare potest. de elec. cum nobis olim. ¶. fi. sed quo ad alias dignitates si tamen sint sine cura possunt epi dispensare cum eis qui cõpleuerunt xx. ãnum. de eta. et quali. pmittimus. li. vi. q̃tum vero ad prochiales ecclãs non possunt vt idẽ io. dicit de elec. licet canõ. li. vi. ¶ Vtrum epus possit dispensare cum eis qui patiuntur defectuz in ordinibus? ℞. scdm io. an. li. vi. in epatibus solus papa dispensat. de of. le. q̧ traslationem. et de exces. prela. sicut vnire. sʒ quo ad alia põt eps. de eta. et quali. preterea. et c. tuam. de dispensatione eporum vide infra. epus. ¶. v. de dispẽsatõe in legibus et cõstitutõibus

vide infra. lex. de dispensatione in votis vide infra. votuz. v. de dispensatoe incertorum vide infra. restitutio. vi.

Diuinatio. Quid sit diuinatio et quot sunt eius spes et plura de hac materia vide infra. sortilegium. i.

Diuorcium. sicut ponit Ray. diuorciuz multipliciter habz fieri. Nam aut diuidit matrimoniuz in totu ita q vterqz coiugum cotrahere potest vt in maleficiatis. vel saltem alter vt in frigidis. aut diuidit in pte scz quo ad mutua seruitutem coiugalis debiti seu cohabitationis. ita tn q neuter eoruz cotrahere pot. sicut in his qui separatur pter adulteriuz commissum. vel causa religionis post carnalem copula. nam si ante carnalem copula alter coiugum fuerit religiosus alter cotrahere possz. vt dicitur infra. ipedimtu. i. ¶. ii. ¶ Quado vir petit diuorcium allegans frigiditate sua quo pcedetur? R. secundu Hosti. vir hoc pponens dz esse maior anis xviii. quia in hoc casu reputatur plena pubertas. et siquidem mulier hocipm cofitetur. dabitur a iudice tpus arbitrarium vt vnius mensis aut trium aut vnius ani per quod simul morentur. et postea iurabit vir se non posse cognoscere mulierez nec moueri ad appetitu coitus. mulier vero iurabit q nunq pcepit eu aliquo mo ad hoc moueri et vterqz q diligentia adhibuit ad hoc. Et vterqz habebit septem ppiquos siue vicinos bone fame qui iurabunt se credere quod illi iurauerunt veruz. et sic diuorciuz celebrabitur. et mulier nubet in dno. sed viro madabitur ne aliquam ducat. et si duxerit et cognouerit reus piurii habebitur. et prius matrimoniu repandum erit. Ita tn q vxor potest eum repellere pter comissum adulterium. ar. xxxi. q. i. de bndicto. ii. q. vi. nichil iniqus. hoc dico nisi vxor qn fuerit cofessa frigiditatem fuisset conscia fraudis quia si hoc fuisset non possz euz nunc repellere. ar. ff. ad le. iulia. de adul. si vxor. ¶. iudex. et ¶. fi. Quod si mulier negat frigiditatem viri et asserit se ab eo cognitam puto standu verbo mulieris quia non videtur q assereret nisi verum esset. eo q preiudiciu sibi faceret scz de hndo ipotentem viru. Item cum rea sit et si nichil pbauerit absoluenda est. vt vi. q. vi. accusator. alioqn multi incurrerent piuriuz vt possent separi ab vxore. ¶ Si autez mulier diuorcium petat pter frigiditatem viri et vir hoc fatetur. fiet vt supra in pximo ¶.

et celebrabitur diuorcium. ſ3 ſi vir poſtea ſcū alia contraxit ābo coniuges rei piurii hēbuntur. et pnia inūcta ad priora cōnubia reuertentur. vt de frigi. et male. laudabilē. in fi. ꝙ ſi vir neget ſe frigidū et aſſerit ſe cognouiſſe vxorē ſtandū ē verbo viri qa caput eſt mulieris. de ſpon. ipu. cōtinebatur. xxiii. q. i. ſiquis accepit. niſi forte mulier per aſpectu3 corpis ꝓbet ſe virgine3. de proba. ꝓpoſuiſti. que ꝓbatio d3 caute fieri per duas vel plures matronas boneſtas et de hoc pitas. de frigi. et male. c. fi. ff. de ven. inſpi. l. i. quia hec res occulta eſt. et quia manus et oculus obſtetricum qn̄ꝙ in hoc fallitur. xxvii. q. i. nec aliqua. Sed ſi mulier non allegaret frigiditatē viri. ſ3 potius diceret eū ſiccum ſiue caſtratum fuiſſe ſiue defectu3 m̄bri patientē anteꝗ̄ eam cognoſceret et ſi diuorcium peter3. vir vero negaret certe non oporteret ſtare dicto viri eo ꝙ ꝓbari poſſet per aſpectum.

¶ Quid ſi per virum petatur diuorciu3 ꝓpter artitudinē mulieris? ℞. vocabuntur matrone digne fide ac pite et iurabunt ꝙ diligenter inqrent et referent an ſit arta. et an poſſit fieri mater. ſi dixerint ꝙ non ſit arta nō ꝓcedetur ad diuorciu3. ſi aūt dixerint ꝙ ſit arta et non poſſit fieri mater in cōtinenti poteſt diuorciu3 celebrari. et dabitur viro licentia cōtrahēdi cu3 alia. ſed mulieri indicetur cōtinentia de fri. et male. fraternitatis. i. ℞. Si tn̄ poſt diuorcium mulier iueniat ꝙ poſſit huiumōi ſeras reſerare repabitur primu3 matrimoniū quod verum fuit. etia3 ſi vir accepat aliā. ar. in predicto c. fraternitatis.

¶ Quid ſi petatur diuorciū ꝓpter maleficium vt qa vir poteſt cognoſcere alias et non vxorem? ℞. deberet primo cōfiteri ne forte hoc contingat ꝓpter aliquod eoru3 pctm̄. xxxiii. q. i. ſi per ſorciarias. et ſub recepto ſacramto iiungetur eis vt ſimul cohitent et bona fide dent operam ad debitum carnale. et ſic per trienium ſimul hitabunt. quo pacto iterum accedent ad epm iurantes ꝙ ſicut ꝓmiſerant fecerunt et non potuerunt coniungi. et tunc adiuncto ſacramto ꝓpinquorum vt dictum eſt ſupra. ſ. ii. celebrabitur diuorcium. et dabitur vtriꝙ licentia contrahēdi. de fri. et male. c. vl. et in dicto c. ſi per ſorciarias.

¶ S3 qualiter intelligenda eſt predicta cohitatio triennii? ℞. ſufficit ꝙ ꝑ maiorem ꝑtem anni cohabitent et ꝙ bona fide opam dent. ar. ff. de aqua co. et eſ. l. i. ſ. duo aūt.

¶ Quod ſi ifirmitate vel alio

qlitate et aliis circũstãtiis n̄ falsa dicere p̄sumatur. e. ti. in fidei. li. vi. ¶ Similiter admittũtur illi q sup fcõ heresis iurauerunt di-cere veritatẽ tã de se q̄ de aliis et eã celãdo piurauerũt et postea velint corrigere dcm̄ suũ cõtra se et alios si mãifestis indiciis ap-paruerit tales nõ leuitate aut odio seu pecunia sed zelo fidei velle reuelare. eo. ti. accusatus. li. vi. ¶ Presidẽtes regimini alicuius loci lz sint excõicati vel de facto et n̄ de iure iuriditõem habeant. ad reqsitõem ordinariorũ vel delegatorũ ipõrũ aut inqsitorum debẽt et pñt cõtra hereticos credẽtes fautores et defẽsores eorũ offitiũ suũ exercere. et illi q reqrũt eos n̄ incurrũt aliq̄ p̄nã tñ dictis p̄sidẽtibus ppter hoc in aliis nullũ ius est concessum vel p-missum. eo. ti. p̄sidẽtes. li. vi. ¶ Suspectus de heresi et ob hoc ci-tatus et qa n̄ cõpet excõicatus si excõicatõez p ãnũ sustinet ex-tunc est velut hereticus cõdẽnandus. eo. ti. cũ cõtuãtia. li. vi. ¶ Accusatus de heresi vel suspectus vehem̄ti suspitiõe q heresim in iuditio abiurauit et postea cõmittit in ipam cẽsetur relapsus licet ãna ipm heresis crim̄ n̄ fuerit plene pbatum. sed si leuis fuit suspitio n̄ dz iudicari relapsus sed alias grauiter p̄niri. eo. ti. accu satus. li. vi. ¶ Qui in vna heresis spẽ siue in vno articulo vel sacrõ errauit et postea abiurauit simpliciter heresiz si postea errat in a lio relapsus est iudicandus. eo. ti. accusatus. li. vi. ¶ Ille de cuius lapsu in heresiz an̄ abiuratõez cõstiterat vel nũc cõstat si postea hereticos receptet deducat vel associet se eis donet munera siue mittat vel fauorẽ impẽdat q excusari n̄ possit iudicari debet re-lapsus. eo. ti. accusatus. li. vi. ¶ Quid si aliqs p receptatione he reticorũ et non qa eẽt hereticus sub obligatione bonorũ inqsito ribus se astrinxit ad recipiẽdũ p̄niam et ea iniũcta et n̄ pacta de-cesserit. R℞. cogi debẽt heredes in bonis ad explendũ. secus si talis solũ se obligauit ad p̄niaz q̄ inqsitores vellẽt iniũgere et ea nõdũ iniũcta decessit. eo. ti. accusatus. li. vi. ¶ Nũquid post mortẽ he-retici poterũt occupari bona eius si de heresi nõ fuit in eius vita declaratũ. R℞. poterũt. si postea declaretur. eo. ti. accusatus. li. vi. ¶ Sacerdotes qui instruunt hereticos de celanda veritate et huiusmõi pñt et debẽt pẽa debita castigari. religiosi etiã heretici sunt grauius aliis p̄niendi. eo. ti. accusatus. li. vi. ¶ Statutũ loci pquod impediretur negotiũ inqsitiõis hereticorũ n̄ valz. et dñi tenentur illud exhibere et corrigere. eo. ti. statutum. li. vi.

¶ Inquisitores in certis ꝓuinciis pñt ꝓcedere simul vel sepatim
scdm̄ ꝙ negotii vtilitas suadebit. eo. ti. vt offitiũ. li. vi. ¶ Inqsi-
tores debẽt absoluere volentes cõuerti et iniũgere eis pñiã. eo.
ti. vt offitiũ. ¶. i. li. vi. ¶ In examiãtione testiũ contra hereticos
debẽt interesse due psone religiose et si põt fieri p publicã psonam
conscribi dcã testiũ. eo. ti. vt offitiũ. li. vi. ¶. verũ. et religiosi q
fuerũt notarii et alii qbus iniũctum erit tñtur ad cõscribẽdũ. vt
in dcõ. c. vt offitium. ¶ Inquisitores si opus fuerit pñt inuocare
auxiliũ brachii sclãris et contradictores p cẽsurã eccãsticã cõpel-
lere ñ obstantibus aliqbus priuilegiis cõcessis qbuscũ psonis vel
religiosis vel vniuersitatis nec etiã cõstitutione de duabꝫ dietis.
eo. ti. vt offitiũ. li. vi. ¶ Omnes rectores locorũ reqsiti a dyocesa
nis vel eorũ vicariis seu inqsitoribus tñtur iurare seruare et ser-
uari facere cõstõnes contra hereticos credẽtes fautores et defen
sores eorũ filios et nepotes. et q iurare noluerit et seruare hẽtur
vt infamis. et hereticorũ fautor et de fide suspectus. nec dꝫ hri
p dño nec ad aliquod offitiũ publicũ vlterius assumi. et ea q̃ in-
terim vt rector fecerit nullã hñt firmitatẽ. eo. ti. vt offitiũ in fi.
li. vi. Debẽt etiã oms rectores in hoc negotio parere dyocesanis
et etiã inqsitoribus nec aliquomõ debẽt cognoscere de hoc crimi
ne nec captos liberare et huiusmõi alias sunt excõicati. et si susti
nuerint p annũ condemnari debent tanq̃ heretici. eo. ti. vt inqsi
tionis. li. vi. ¶ Concessum est inqsitoribus cõmittere citationes
et denũciationes fiñarũ. Item auctoritas aduocãdi pitos et clerũ
et pplm̄ loci ꝓut venderint expedire negotio fidei. Item ꝓcedẽdi
cõtra illos q in ꝓuincia eorũ cõmiserũt ipm crimen heresis si ad
aliã se transtulerint. Item faciendi sibi assignari a quocũꝙ libros
in quibus essent aliq ꝓcessus contra hereticos et circa hereticos
incarceratos vna cũ plãtis quibus subsunt penã eorum mitigãdi
vel mutandi. Item priuandi vel priuatos denũciandi dignitatibꝫ
vel aliis beneficiis eccãsticis et officiis publicis et honoribus oms
hereticos et fautores. sunt aũt dyocesani requirendi et de eorum
consilio faciendum nisi ipi scienter talibus eadem benefitia contu
lissent. eo. ti. vt cõmissi. li. vi. ¶ Contra xpianos qui efficiuntur
iudei vel redeunt ad iudaismum etiam si infantes vel metu mor
tis fuissent baptizati procedendum est sicut cõtra hereticos. Si-
militer contra eorum fautores. eo. ti. contra. li. vi. ¶ Propter

heresim maritorũ n̄ confiscantur dotes vxoris nisi cũ eis scienter
cõtraxissent. eo. ti. decreuit. li. vi. ¶ Quãdo negotium heresis
cõmittitur alicui vel aliq̃bus generaliter in certis locis n̄ aduni-
tur ep̄us auctoritas illorũ ordinaria ꝓcedendi vel etiã delegata
si eam habeat et vterq; etiã de eodem fcõ inq̃rere p̄nt cõiter vel
diuisim. et si diuisim ꝓcedãt tenẽtur sibi cõicare processus et per
vtrosq; simul sn̄a ꝓferatur. nisi alter alteri deferat. q̄ si in sn̄a
nõ cõcordent ad sedem apostolicã mittant. eo. ti. p hoc. li. vi. q̄
etiaʒ vnus sine alio ꝓcedere n̄ possit ad sn̄aʒ. vide exp̄ssius infra
hereticus. iii. ¶. i. Et intellige q̄ p̄dictã cõicationẽ ꝓcessuũ opor
tet fieri qñ nil aliud restat agendũ nisi q̄ sn̄a promulgetur. q̄ si
alter n̄ posset cõmode ꝓcedere nisi visis actis alterius tunc semel
tm̄ cõicatio tribuatur. vt in extrauagãti benedicti. xi. q̄ incipit
ex eo. ¶ Hereticus appellatio inhabita est. eo. ti. vt inq̃sitionis.
li. vi. ¶ In negotio heresis ꝓcedi põt simpliciter et de plano et si pi
culum esset n̄ nõiatis accusatoribus vel testib; publice nisi coraʒ
aliq̃bus ꝓuidis p̄cipiẽdo de tenẽdo secretũ et huismõi sed cessante
periclõ publicentur vt fit in aliis iudiciis. eo. ti. statuta. li. vi.

Hereticus. iii. hec q̄ sequũtur sunt contra hereticos in cle-
ment. Primo q̃dem q̃a tam ep̄us q̃ inq̃sitor vnus sin̄ alio
põt citare et cape et tute custodire vel cõpedibus mãcipa
re. sed deputari duro carceri et q̄ magis ad penã q̃ ad custodiam
videatur vel tormẽtis exponere vel ad sn̄am ꝓcedere n̄ põt ep̄us
sine inq̃sitore nec inq̃sitor sine ep̄o aut eius sup hoc delegato aut
ep̄ali sede vacante delegato capituli si sui adinuicẽ possint copiam
habere infra octo dies postq̃ se req̃sierint possunt tn̄ q̄lʒ p̄dcõrũ
cõmittere alteri vices suas vel p lrãs signare suũ conciliũ et assen
sum. eo. ti. m̄ltorũ. ¶ Quilʒ carcer vel murus hereticorũ debet
esse cõis ep̄o et inq̃sitori. et debent hrẽ duos custodes vnũ quem
volet ep̄us et ei ꝓuidit alterũ quẽ volet inq̃sitor et ei prouidebit
et vterq; eorũ põt habere sub se vnũ fidelem ministrum. et illius
loci erunt due claues q̃rum vnus custodũ vnã et alius aliã tene-
bit et poterit offitiũ ministrandi carceratis cõmittere suo mini-
stro. Et tn̄tur p̄dicti custodes anteq̃ exeq̃ntur offitium corã eis
a q̃bus assignantur iurare tactis sanctis euãgeliis q̄ in custodia
omnẽ diligentiam quã poterũt adhibebunt et q̄ alicui in carcera
torũ nichil loq̄tur vnus nisi audiente alio. et q̄ ip̄is in carceratis

fideliter conferent ꝓuisionem quā ipi recipiunt ex ordinatione cōi· et quod a ꝑentibus vel aliis ꝑsonis cōferetur eisdem n̄ dabūt nisi epi vel inqsitoris vel suorum cōmissariorum ordinatio refragetur et eodēmō iurabunt ꝑdicti custodū ministri et corā eisdē eo·ti·multoruꝫ·in cle· ¶ Notarii inquisitoris corā epo cū inqsitore vel substitutis ab eis iurabūt suū officium fideliter exercere et ideꝫ fiet de aliis ꝑsonis necessariis ad dcm̄ officiū·eo·ti·multorum·in clem̄· ¶ Epus et iuquisitores vel substituti ab eis maliciose et fraudulenter n̄ inponāt alicui crim̄ heresis nec quod ipos in executione officii impediat· nec inponat alicui slm̄· ꝗ si ipi cā odii gracie vel amoris vel lucri vel cōmodi tꝑalis omiserint ꝓcedere vel aliqm vexarent imponēdo ipaꝫ heresim vel quod impediat officiū suum· si epi sunt vel supra· per triēnium incurrūt suspensionem ab officio· si inferiores sunt excōicati sunt a q̄ sn̄ia nō nisi ꝑ papam absolui poterunt· eo·ti· multorū·in clem̄· ¶ Inquisitor non pōt esse nisi attigerit·xl·annū·et tam ipe q̄ cōmissarii deputati n̄ pn̄t pecūiaꝫ extorq̄re·nec scienter bona eccārum ob delictum clericorum fisco ecclē applicare· alias sunt excōicati quem casuꝫ vide plene·s·excoicatio·i·¶·iiii·et eo·ti·volentes·in cle· Nullus aūt inqsitor pōt ꝓcedere cōtra officialē aliqm vel nūciū rōane curie· vt infra extrauagāti iohāis·xxii·q̄ incipit cū sup·

Hermafroditus nūquid talis ordinari potest·℞·si magis ingit in sexum virilem q̄ femineū pōt recipe caractarem·si econuerso n̄ pōt·iiii·q·iii·test es·versi·hermafroditus· sꝫ tn̄ in vtroqꝫ cāu n̄ debet ordinari ꝓpter deformitatē et mōstruositatem·ar·xxxvi·di·illr̄atis·et·xlviiii·di·c·vlt·Si vero eq̄liter inualescat in eo sexus virilis et femineus caractarem recipere nō potest secundum Vber·

Hyronia·p I·scribitur quere in littera·I·

Hystrio·vtrum officium hystrionum sit licitum·℞·secūdū Tho·scdā scdē·q·clxviii·tale officium quia ordinatur ad solatium hominibus exhibendum·non est illitum scdm̄·sedūmodo n̄ vtantur verbis aliquibus vel factis illicitis et n̄ adhibeant ludum negotiis et tēporibus illicitis·vn̄ et illi qui moderate eis subueniunt nō peccant sed iuste faciunt mercedem ministerii eorum eis retribuendo·Si quis vero supflue sua in talibus consumūt vel largitur·peccat q̄i eos in peccatis fouēs· de hystriōibus

hꝫ·s·clericus·iiii·¶·v·et·s·cōicare·¶·xx·qui incipit vtrum corpus christi debeat dari hystrionibus·

Homicidiū·i·cōiter quid est· ℞·est hōis occisio ab homīe facta·Et cōmittitur ñ solū facto sed etiā verbo·et verbo etiā tripliciter·s·ꝑcepto cōsilio et deffensione idest deffendendo hōicidaꝫ suis verbis ab illis q̄ volebāt eū retrahere vel impedire·vt·l·di·si quis viduam·de pe·di·i·piculose·facto vero cōmittitur q̄tuor modis·s·iusticia·necessitate·casu·et voluntate·

¶Vtrum occidere āialia sit peccatū·℞·scdm̄ Tho·scdā scdē·q·lxiiii·nō·qa nullus peccat vtendo re sua ad hec ad quod est ordinata·generaliter aūt plante et animalia ꝓpter hominem sunt·

¶Vtruꝫ liceat iudici occidere malefactoreꝫ·℞·scdm̄ Tho·scdā scdē·q·lxiiii·sicut ꝑ salute tocius corpis ꝑcinditur laudabiliter mēbrum putridū·sic malefactor et corruptiuus aliorū laudabiliter occiditur vt bonum cōe conseruetur Si tn̄ hec occisio fieret a iudice vel ministro liuore vindcē vel delcātione fūdendi hūanuꝫ sanguineꝫ licet ille iuste occidatur·nichilominus iudex mortaliter peccat·similiter et minister·et eodēmodo si hoc faceret iuris ordine ñ seruato·xxiii·q·iiii·¶·penult·et·q·v·miles et·c·cū minister·et·c·lex eterna·et·c·officia·et·c·cū hō·et·c·qui malos·

¶Vtrum liceat priuate ꝑsone malefactorē occidere·℞·secūduꝫ Tho·vbi·s·nō licet·sꝫ illi tm̄ cui cōitatis cura cōmissa est·sicut principi hn̄ti publicā auctoritatē·ñ aūt priuato·et multo āplius neq̄ clerico·nā clericis cōmittitur ministeriū noue legis·in q̄ ñ determiātur pena occisionis vel mutilationis corꝑalis·et ideo vt sint ydonei ministri debent a talibus abstinere de muliere in adulterio deꝑhensa vtrum possit occidi vide infra Impedimtū viii·¶·vlt·et de adulterio·vide infra lex·¶·ix·versi·iiii·

¶Vtrū aliq̄ necessitate liceat occidere hōieꝫ·℞·scdm̄ Tho·scdā scdē·q·lxiiii illicitum q̄dem est q̄ homo directe intendat hōieꝫ occidere vt seipsum defendat nisi ei q̄ hēt publicam auctoritatem·potest tamē vim vi repellere cū moderamine inculpate tutele·et si ꝑter intētionem defēdentis ille occidatur ñ peccat·

¶Vtrū liceat occidere furē·℞·fur nocturnus si ñ poterat discerni an ad furandum vel occidendū venisset nec alias poterat deꝑhendi potuit occidi·alias nō·eo·ti·si pfodiēs·ff·de sicca·l·furē·furē vero diurnū ñ lꝫ occidere nisi telo se deffendat·qa tūc plus est q̄ fur·vt in dcō·c·si per

fodiens. latronem etiaȝ itineribus insidiātem scdm̄ leges cuilȝ lȝ
occidere. similiter et nocturnū populatorem agrorum. C. qn̄ li.
mu. sum. in. l. i. et. ii. de qbus duobus vide infra latro. ¶ Vtrum
liceat clericis occidere suū inuasorē. Rꝫ. clerici qdem pn̄t sicut et
layci vim vi repellere deffendendo se et sua. ar. eo. ti. significasti.
Et hūc casum vide. s. bellū. i. ¶. ii. et de sen. ex. dilecto. li. vi. ꝙ si
clericus ita inuadatur ꝙ aliter mortē vitare n̄ poterat nisi occi-
dat vel mutilet inuasorem hoc faciēdo n̄ est irregularis. eo. ti. si
furiosus. in clem̄. Et eodēmō nō est irregularis furiosus aut in-
fans aut dormiēs si occidit vt ibidem dicitur. ¶ Vtrum grauius
peccet q occidit iustū q̄ q occidit peccatoreȝ. Rꝫ. scdm̄ Tho. scdā
scdē. q. lxiiii. sic. q̄druplici rōne. primo qa nocȝ ei quē plus debȝ
diligere et ita magis agit cōtra caritatē. scdō qa iniuriaȝ infert
ei qui est minus dignus tali iniuria et ita magis cōtra iustitiam.
tercio qa priuat cōitatē maiori bono. q̄rto qa magis contēpnit
deū. Luce. x. qui vos spnit me spnit. ¶ Vtrū quilȝ teneatur libe
rare pxim̄ ab iniusta morte cū pōt. Rꝫ. dicendū ꝙ ex debito cari
tátis qlȝ tenetur repellere iniuriā a pximo. vn̄ Ambrosius q nō
repellit iniuriā a pximo si potest tā est in vicio q̄ ille q facit. xxiii
q. iii. n̄ inferenda. et. c. se. et. c. ostendit. ii. q. v. reos. hec est sīna
Ray. Vber. et Tho. scdā scdē. q. lx. In hoc tam̄ sicut ponit Vber.
diuersitas est notanda. qa ille qui hēt publicā ptātem tenetur de
fendere cū armis etiā si oportet. dūtn̄ speret ꝙ possit hōieȝ libera
re. psona vero priuata siqdē solo verbo possit hōiem liberare aut
etiā facto si sine piculo psone sue tenetur. Ita tn̄ ꝙ cū moderamīē
inculpate tutele. vt Tho. addit. sȝ n̄ credo ꝙ in hoc cāu teneatur
exponere se corpali piculo. vt ait Vber. et glo. lxxxiii. di. in prin.
¶ Vtrū hōicidiū semp sit mortale. Rꝫ. scdm̄ Ray. hōicidiū volū
tarium mortale est et enorme. di. l. si qs volūtarie nisi fiat iuris
pmissione vt in iudice et in eo q defendit se et sua. vel in bello iu-
sto. xxiii. q. i. qd culpatur. ¶ Vtrum aliqs teneatur dare pecuni
niam ne alius occidatur. Rꝫ. glo. lxxxiii. di. in princi. ponit de
hoc duas opiōes. vna est ꝙ quilȝ tenetur. alia est ꝙ solū plati. et
subdit michi videtur distinguēdū qa si cōstat illum iniuste occidi
quilȝ tētur pecūialiter subuenire q̄ntū sua possibilitás pōt. salua
necessitate sua. ꝙ si nescitur an iuste occidatur. ā si necessitas ip-
sius n̄ pōt n̄ tētur. ¶ Vtrū medicus tēatur potius gratis curare

aliqm q̄ pmitteret̄ mori. vide infra medicus. ¶. iiii. Et vtrū medici vel cirurgici possint ꝓmoueri. Item vtrū liceat clericis hoc exercere habes infra medicus. ¶. an̄pen. penul. et vlt. ¶ Vtrum mutilare aliquē mēbro possit esse licitū. R. scdm̄ Tho. scdā scdē. q. lxv. p̄cidere mēbrū sanum n̄ pōt esse licitū nisi ꝓut ordinatur ad vtilitatē cōitatis. s. p punitione alicuius culpe. sed hoc n̄ licet alicui psone priuate etiā volēte illo cuius est mēbrum qa per hoc fit iniuria cōitati. sed hoc lȝ tm̄ publice ptāti cui cōmissa est cura cōis. si vero mēbrū ꝓpter putredineȝ sit corruptiuū corpis tunc licitū est p̄cidere de volūtate tn̄ eius cuius est aut illius ad quē ptinet curare de salute illius Porro n̄ licet aliquomō mēbrū p̄cidere ad vitandū piculū anime siue pctm̄. q a saluti spūali semp pōt aliter subueīri cū pctm̄ subiaceat ipi voluntati. vn̄ Crisostomus sup illud Math. xix. sunt et eunuchi qui seipos castrauerūt propter regnū celorū. dicit sic. n̄ mēbrorū abscisione sed malarū cogitationū intercēptiōe Maledictus enī est obnoxius q mēbrū abscidit et postea subdit n̄ cōcupiā māsuetōr ita fit sed molestior. aliūde eim̄ hȝ fontis spma quod in nobis est et p̄cipue a ꝓposito incōtinenti et vita neglienti nec ita abscisio mēbri cōprimit tēptationes vt cogitationis frenum.

Homicidiū. ii. quod cōmittitur cōsilio vel mādato. hōicida qdem cōsilio intelligitur scdm̄ Vber. de cōsilio exhortationis vel approbationis ꝙ hōicidium fieri debeat nō aūt de rn̄sione generali siue cogitationis siue opinionis. vn̄ si querēti an liceat xpiano occidere paganū vel iudici malefcōrē rn̄deatur ꝙ sic. n̄ tm̄ respōdēs n̄ peccat sed nec fit irreglāris nisi talis ꝓbabiliter videat ꝙ iudex ille vel bellator scdm̄ eius cōsiliū velit agere et sic postea fecit. de hoc cāu hētur. s. eps. ¶. x. ¶ Quid si non cōsuluit hōicidiū sed cōsuluit aliqd vn̄ secutū est hōicidiū. R. secūdū Innoc. si verisimiliter potuit estiāri ꝙ inde seqretur mors irreglāris est. vt si suo cōsilio fiat iactum machiē vel baliste vel ꝙ eatur ad capiēdū castrū quod n̄ poterat de facili capi sine morte hōim et sic mors secuta est Si vero n̄ potuit extiāri nec erat verisimile ꝙ mors seqretur tūc qdē si cōsuluit rē licitā n̄ est irregularis etiā si inde mors fuerit subsecuta. si vero illicitā irreglāris est. ar. co. ti. cōtiēbatur. et. c. is q mādat. li. vi. et idē dicēdum est si mādauit Concordat Hosti. Et eodēmō distingue si iste qdeȝ cui

consultum est n̄ occidit sed ip̄e occiditur. ¶ Quid si quis cōsuluit hōicidium fieri et anq̄ conseq̄retur effectus reuocauit. R. sc̄dm̄ Innoc. si exp̄sse et sine vlla fictiōe ꝓhibuit immūis est ab hōicidio ar. de symo. sicut tuis. et. i. q. iiii. qa p̄sulatus Ita tn̄ ꝙ si n̄ firmiter credidit ꝙ reuocatio locū habeat tētur indicare illi ꝙ sibi caueat. ¶ Quid si qs mādauit hōicidiū fieri nōie suo et an̄ effectuꝫ reuocauit. R. sc̄dm̄ Innoc. idē quod de cōsultore dicēdū est nisi ꝙ hic sufficit reuocatio tm̄. s. ꝙ etiā si n̄ indicet illi ꝙ sibi caueat nō fit irreglāris qa ex eius dicto nichil agitur. ¶ Quid si qs mādauit aliquē verberari inhibēs exp̄sse ne occideretur vel mutilaretur et nichilominus mutilꝫ vel occidat. R. mādator irregularis efficitur. qa mādādo in culpa fuit et qa hoc euēire possꝫ debuit cogitare eo. ti. is qui. li. vi. ¶ Quid si qs suadet alicui ꝙ exponat se p̄iculo ꝓ patria vel iure suo. R. Innoc. n̄ est irreglāris etiam si iste cui cōsultuꝫ est moriatur. xxiii. q. iii. ꝓ mēbris et. c. fi. ii. q. viii. igitur. et. c. seq̄nti Sed si sciret eū verisimiliter moriturū irreglāris fieret. idē Host. ¶ Quid si suadet ꝙ indubitāter expōat se morti ꝓ xp̄o vel ecclā. R. sc̄dm̄ Innoc. n̄ fit irreglāris etiā si seq̄tur mors. qa xp̄us mortē subiit ꝓ nobis. idē Hosti. ¶ Quid de illo q volēti fugere inimicos ꝓpter timorē mortis cōsuluit ꝙ remāeret et ꝓcuraret pacē et remāsit et occisus ē. R. sc̄dm̄ Vber. si ille q cōsuluit habuit ꝓbabilē cāꝫ credēdi ꝙ illi n̄ immineret p̄iculū. puta qa inimici eius adeo erāt cōsāguinei vel amici ꝙ merito potuit p̄sumere ꝙ eos posset cohibere n̄ est irregularis. alias sic. ¶ Quid si aliqs cōsuluit ꝙ infirmus verteretur vt citius moreretur. R. sc̄dm̄ Vber. si infirmus ex tali trāsuersione citius moritur irreglāris est q cōsuluit et q fecit nec pōt p ep̄um dispēsari licet a pc̄tō absolui possit. ¶ Quid de illo q dissuadet q̄dē hōicidiū sꝫ nichilominus associat hōicidā vt eū si oportꝫ defēdat. R. sc̄dm̄ Hosti. homicida ē neq̧ poterit ꝓmoueri. et sic intellige ꝙ defensione cōmittitur homicidiū. de cle. pug. in duel. hereticus.

Homicidiū. iii. de casuali homicidio. s. quod p̄ter intētioneꝫ fit. vbi distinguēdū est sic. ā eim̄ is q fecit cāuale homicidiū dabat opaꝫ rei licite aut illicite. Et si q̄dē licite vtputa reparabat domū vel incidebat arborē ꝓpriā vel huiusmodi et adhibuit omnē diligētiā quā potuit et tn̄ cāu contigit hōicidiuꝫ talis nullā culpā vel penā incurrit. lꝫ forsitan casus om̄es fortuitos n̄

preuidit. eo. ti. Iohannes. et. c. quidem asseris. sed si diligentiam non adhibuit tenetur indistincte si dabat operã rei illicite. Ideoq; si clericus exercitatione vel venatione iaculum mittat et sic aliũ pimat irregularis efficitur. quia talia opa debent ab eo penitus esse aliena. l. di. clerico. similiter si aliqs ludo piecit lapidẽ contra aliquẽ et ille volẽs declinare impegit in aliũ lapidẽ et mortuus est ille piector irreglãris effectus est. qa ludus noxius erat mittere lapidẽ. et ita in similibus. ¶ Quid si aliqs hẽt ceruũ vel leonẽ qui aliquem occidit. R. scdm Innoc. non videtur irregularis dũmõ maliciã vel culpã in mortẽ n̄ hũerit. ar. l. di. is. q arborez. et. c. sepe. ¶ Quid de custodiẽtibus infirmos q ad eorũ petitõez voca uerũt minutorẽ qui minueret eis sanguinẽ vel dederũt eis vinuz vel n̄ bn̄ custodierũt eos ita q ipi mortui sunt. R. scdm Vber. in õibus talib; vbi bona fide fiãt n̄ debet aliqs de facili scruplõsam hrẽ cõsciãz nisi sit euidẽs culpa ã negliẽtia dissoluta. et si hẽat de põere deb; si aũt lata culpa fuerit vel negliẽtia dissoluta et certũ sit q inde mors puenerit irreglãritas cõtracta est. ¶ Quid de parẽtibus in quorũ lectis puuli filii inueniuntur mortui. R. scdm Ray. si mors interuenit graui eorũ culpa pcedẽte at; neglientia grauis ẽ eis pẽitentia imponẽda de pe. et remis. qsitũ. si aũt leuis culpa pcesserit n̄ tã grauis pn̄ia est imponẽda. de hiis q fili. occi. de infãtibus Si aũt nulla pcesserit negliẽtia vel culpa de iure non sunt pũiendi. ar. eo. ti. ex litteris. tn̄ ad cautelã pter ãbiguum duplicitatis est eis aliq pn̄ia iniũgẽda. ar. xxiii. q. v. excõicatorũ et. xxxiiii. q. ii. in lectũ. Cõcordat Hosti. et addit q monẽdi sunt parẽtes ne pueros teneros secũ in vno lecto collocẽt ne forte opprimãtur. ii. q. v. cõsuluisti.

Homicidiũ. iiii. de pena et irreglãritate hõicidarum scdm Ray. sic teneas. si hõicidiũ cõmittitur verbo. s. pcepto cõsilio. vel defẽsiõe pẽa est irreglãritatis. q etiã post pactam pn̄iaz impedit pmouẽdũ et deicit pmotũ. di. l. si qs viduã. et intelligo defẽsionẽ qn̄ hõicidiũ defẽdit dissuadẽdo eis q volebãt defẽdere occisuz. si tn̄ intẽtiõe corrupta hoc facit Nã si mater filiũ volẽtẽ liberare aliquẽ a morte retrahat qa timet ne filius occidatur parũ vel nichil peccat. nec etiã alius cõsãguineus vel amicus tali intẽtiõe dissuadẽs aliqm irreglãritatez incurrit. ¶ De pena vero hõicidii cõmissi fcõ distingue Nã qtuor modis cõmitti põt.

et primo q̄dē si est cōmissuz ꝓ iustitia et recto ꝓcessu et intētiōe
et sic n̄ cōmittitur culpa. sed potius faciens meretur. nichilomi-
nus tn̄ irreglāritas cōtrahitur q̄ simpliciter impedit ꝓmouendū
et deicit ꝓmotum. di. li. aliq̄tos. quicūq3 ergo in tali causa fuerit
iudex aut aduocatus siue ꝓ actore siue ꝓ reo. s. cuz actor oblige
tur ad taliōnē qa agēdo pro reo agit cōtra actorez Item assessor
officialis testis notarius sīnaz scribēs vel ꝓferens similiter et qui
scribit attestatiōnes vel legit eas dū publicātur Item q̄ scripserit
vel dictauerit lrās ꝓ tali vindicta sanguinis oīs irreglāres effici
untur. di. li. si quis post. et di. li. aliq̄ntos. ne cleri. vel mo. sīnam
Et intellige p illū modū q̄ dicitur infra irreglāritas. i. ¶. i. scdō.
si hōicidiū facto sit necessitatis tūc si necessitas euitabilis erat ad
maiores ordines n̄ ascēdet. ymo nec in susceptis toleratur nisi ex
magna dispensatione Si aūt fuit necessitas ꝓrsus ineuitabilis nō
incurrit irreglāritatē vt dictū ē. s. hōicidiū. i. ¶. vi. et viii. tertio
si sit hōicidiū casuale distingue. vt. s. hōicidiū. iii. ¶. i. quarto si
hōicidiū sit volūtate spōtanea fcm̄. siue in ope siue etiā in verbo.
vt in principio huius. ¶. dcm̄ ē. talis n̄ solū n̄ d3 ꝓmoueri s3 inper
petuū d3 deponi. eo. ti. sicut dignū. et. l. di. si q̄s viduā. etiā si pa-
ganū interficiat. siue sarracenū. l. di. clericū. et. c. de hiis clericis
et. eo. ti. c. penul. Et cū tali nūq̄ dispensatur in ordine vel officio
di. l. miror. et etiā si sit occultū ministrare in ordine suo n̄ pōt. de
tpi. or. c. vl. poterit aūt cū tali dispensari in bn̄fitio. de cleri. pu.
in duel. c. ii. Si q̄s tn̄ aliquod p̄dcōrū an̄ baptismū cōmisisset non
impediretur post baptismū. di. l. si q̄s post remissionē. et di. li. ali-
q̄ntos. Concordāt Innoc. Gof. et Vber. Irreglāritas vero biga-
mie n̄ tollitur p baptismū. vt. s. bigamia. ¶. vi. ¶ An p̄latus vel
clericus q̄ de malefactoribus suis q̄relā deponit penes iudicē secu
larē et emēdā petit sibi fieri et ꝓuideri ne talia p̄sumātur incur-
rāt irreglāritatē si iudex mortē inferat iusticia exigēte. R. si pro
testatus est exp̄sse q̄ penā sanguinis n̄ intēdat. n̄ efficitur irregu
laris. eo. ti. c. p̄latis. li. vi. ¶ Quid si p̄latus q̄ hēt iuridcōez tp̄alē
iniūgat officiali suo vt sup talia vel tali malefitio veritatē inqui-
rens iusticie debitū exeq̄tur et bailimus sup hoc ad penā sanguīs
ꝓcedat nūq̄d p̄latus incurrit irreglāritatē. R. n̄. ne cle. vel mo.
ep̄us. eūdē cāuz vide. s. ep̄us. ¶. ix. ¶ Vtrū oīs q̄ intersunt vin
dicte sanguinis fiant irregulares. R. scdm̄ Vber. non. dūmō nec

auxilium nec cõsilium nec auctoritatez ꝑstiterint. idem Innoc.
¶ Quid si qs ꝑcutit mulierẽ ꝑgnãtẽ vel dat ei venenuz vt faciat aborsum. R. scdm Ray. si cõceptus iã erat formatus et ꝓpter ꝑcussionẽ quã fecit mortuus ẽ hõicidiũ fuit alias n̄ ẽ hõicida q̃tũ ad irreglãritatẽ sed est hõicida q̃tũ ad pn̄iam. sicut etiã q dat vel accipit venenũ ne fiat cõceptio. ꝙ si dubitatur vtrũ aborsus fuerit ex illa ꝑcussione vel vtrũ fuerit iã formatus. dicẽdũ ꝙ si ꝓbabiliter dubitat vel credit dz a ministerio et ꝓmotione abstinere ne ꝑiclõ se cõmittat. si aũt temerariã hẽt opiõnẽ deponat eam si põt et sic poterit ministrare et ꝓmoueri alias n̄. ¶ Quid si plures fuerũt in pugna vbi aliq interfecti sunt nec sciri põt a qbus nũquid om̄s sunt hõicide vel irreglãres. R. scdm Ray. si bellũ fuit iniustũ tũc q̃tũ ad pc̄tm̄ hõicide sunt om̄s qui ꝑcusserunt et qui cum volũtate occidendi venerũt. licet nõ ꝑcusserint. similiter et illi qui venerũt vt si oporteret ꝑstarent occisoribz auxiliũ. Itẽ nõ sunt immunes a culpa qui cũ possunt n̄ liberauerũt. xxiii. q. vi. c. si q̃tuor. ii. q. iii n̄ inferenda. et. c. vi. et. eo. ti. sicut dignum Si vero bellũ sit iustum nõ peccant nisi sit ibi corrupta intentio. vel ꝑsona cui n̄ licet bellare vt clericus. porro q̃tum ad irreglãritatẽ om̄s repellendi sunt ex ꝑte iniuriantiũ. similiter et q sunt ex ꝑte recipientiũ iniuriam si erant clerici et sic illicite nouerunt arma li. di. si qs post acceptũ. de cle. ꝑcus. pn̄tiũ. et. c. continentiã. ꝙ si quis siue clericus siue laycus in bello iusto ꝑcusserit qdem sed nõ letaliter neqꝫ animo occidendi neqꝫ etiã hoc ãio venit nec alios ꝓuocauit. tũc nec de occiso tenetur nec ordinẽ recipe ꝓhibetur. lz alii occiderint. eo. ti. significasti. ¶. ꝙ. si discerni Cõcordãt Innoc. Gof. et Hosti. Et addit Innoc. ꝙ si ãio occidendi feci tũc q̃tũcũqꝫ leuiter ꝑcuteret tenetur. quia auxilium morti ꝑbet. idem Ber.
¶ Vtrum qui n̄ liberat a morte cuz possit sit irregularis. vtputa aliqs iudex qui reũ n̄ liberat. aut diues q n̄ pascit fame moriẽtẽ. et seqtur mors. R. scdm Vber. licet tales grauissime peccent nõ tamen sunt irregulares. quia lex ꝓmotionis factum reqrit. xv. q. i. si qs n̄ iratus. ¶ Quid si clericus n̄ occidit tñ vulnerauit. R. si ꝑuenit vsqꝫ ad detrũcationem mẽbri irregularis est. sicut et in homicidio. ita ꝙ solus papa secum dispensare potest. ne cle. vel mo. clericis. et. eo. ti. is qui. li. vi. de hac etiam irregularitate plura habes infra irregularitas per totum.

Homicidiū v. de homicidio vel mutilatōe suiipius. et qdē
occidere seipm pctm mortale ē. vt pbat Tho. se. se. q.
lxiiii. qdrupliciter. Primo qa ē cōtra naturalē inclina-
tionē qua vnaqq res seipam nititur cōseruare qtū pōt. Scdō
qa ē contra caritatē qa hō tenetur se diligere. Tertio qa ē in-
iuria coitatis. qa quilibz hō ps coitatis est. Quarto qa talis in
deū peccat sicut q alienū seruū interficit peccat in dnm. iō hoc
nullo mō lz. vtputa vt miserias pñtis vite qs euadat. Nā finis
oim terribiliū est mors scdm Phm. Itē nec pp vindictā alicuius
peccati n̄ solū quia malefactorē non lz occidere nisi solū publice
ptāti. sz etiā qa sibi adimit necessariū pnie tēpus. et ad hoc fa-
cit. s. homicidiū. i. ¶. fi. ¶ Vtrū liceat mulieri seipaz occidere
ne ab alio corrūpatur? R. scdm Tho. vbi. s. n̄. qa n̄ dz cōmit-
tere in se crimē maxim vt vitet minus crimē alienū. nō eni est
crimē mulieris si ei violentia inferatur. ¶ Et iterū fornicatio vel
adulteriū minus pctm est q homicidiū. precipue suiipius quod
etiā est piculosissimū. quia n̄ restat tps vt p pniam expietur.
¶ Vtrū liceat alicui se occidere ob timorē ne cōsentiat i pctm?
R. scdm Tho. se. se. q. lxiiii. dicēdū q n̄ sunt facienda mala vt
veniāt bona. vel vt vitētur mala pserti miora et minus certa.
Incertū est aūt an aliquis in futuro cōsentiat in pctm. potēs ē
eni deus hoiez qcunq tēptatōe supueniēte eripe a peccato. tñ
vt dicit Augu. i. de ci. dei. excusatur samson et qdā alii sancti
familiari cōsilio spūs sancti. ¶ Quid de his q seipos mutilant?
R. n̄ licet. nisi sicut dictū est homicidiū. i. ¶. fi. ¶ Et qdē si talis
mutilatio fiat ex ipaciētia alicuius ifirmitatis aut etiā si crede
bāt obseqū se pstare deo. vtputa q caste viuerēt. nihilolus re-
pellūtur a pmotione et deiciūtur pmoti. de corpo. vici. signa
uit. qa tales homicide sui iudicantur. di. lv. si qs absciderit. et
di. xxxiii. marituz. secus ē si mēbrū ideo abscidatur a se vel ab
alio. qa ē corruptiuū corpis vt. s. dictum est. ¶. pallegato.

Hore canoice. vtrū clerici teneātur ad horas canonicas?
R. scdm vl. idcirco a laycis dati sunt redditus clericis vt
ipi in officio vices laycorū suppleāt. et iō bñficiati tenē-
tur ad horas canoicas n̄ solū ex statuto ecclie sz etiā ex obliga
tiōe iusticie. et qa ordinē sacrū nullus dz cōferre nisi bñficiato
vel ei q ad suū priom loco eccliasticorū reddituū voluerit ordi-
nari. vt de preben. eps. et. c. cū scdm. ideo qlibz hñs ordinem

ſacrum tenetur ad horas canonicas · qa ecclia ordinando ipm intendit eum ad hoc miniſterium obligare · ¶ Vtrum clericus non dicēdo horas peccet mortaliter? Rꝫ · ſcdm̄ vl · qui ex aliqua neceſſitate horas ſcdm̄ formaꝫ ecclie n̄ dicit · puta pp̄ defectum viſus vel infirmitateꝫ vel paupertatem vt quia libro caret · recompenſat tamen equiualēs per pſalmos vel orationē dn̄icam · nec peccat mortaliter · nam quia diuerſe ecclie diuerſuꝫ habent modum officii · patꝫ ꝙ non eſt preceptum circa determinatuꝫ modū · Similiter n̄ peccat mortaliter qui verba quidē dicit · ſed ad illa n̄ attēdit · qa cuꝫ p̄ceptū de dicendo horas ſit de iure poſitiuo · n̄ refertur niſi ad ea q̄ ſub iudicio humano cadere p̄nt · et iſta ſunt q̄ exercētur p actus exteriores n̄ aūt interiores · Sꝫ et ſi dicēs officiū aliq̄ verba p̄termittat n̄ oꝫ ꝙ pp̄ hoc a capite reſumat diſturbando offm̄ · ymo etiā ſi dicendo in choro cū aliis ex aliq̄ neceſſitate intermiſit pſalmū vel lectōeꝫ vel aliqd hmōi et n̄ aliter pōt omiſſum ſupplere niſi ſubtrahēdo vocē ab adiutorio chori melius ē ꝑtrāſire q̄ offm̄ chori minuere · At ſi iis q tētur ad horas ex induſtria et negligētia ſola omittit · mortaliter peccat · de cele · miſ · dolētes · ſecus aūt ſi obliuiōe vel alia neceſſitate · dicere aūt miſſaꝫ quotidie n̄ eſt p̄ ceptū · nec etiā quotidie audire · quia nec ſp eſt poſſibile · De materia miſſe vide infra miſſa · ¶ Quid ſi clericus ſit prebendatus in duabus eccleſiis cuius officiuꝫ dicet? Rꝫ · ſcdm̄ Tho · in quolꝫ · ſufficit quidem ꝙ ſemel officiū dicat ſcdm̄ conſuetudinē alicuius eccliaruꝫ in quibus hꝫ p̄bendā · Et videtur ꝙ debeat dicere offm̄ illius eccleſie in qua maiorē hꝫ gradū · q̄uis forte in alia pinguiorē habeat p̄bendaꝫ · Si vero in vtraqꝫ ecclia paris ē dignitatis et ipe ſit abſens pōt eligere quod voluerit · ſi p̄ns fuerit debet ſe cōformare illis cū quibus conuerſatur · ¶ Vtrum liceat clerico dicere matutinas de ſero? Rꝫ · ſcdm̄ Tho · in quolꝫ · hic cōſiderāda ē intentio eius qui p̄uenit tp̄s · · Si enim hoc faciat vt quietius ſomno et voluptati vacet n̄ eſt abſqꝫ peccato · ſi vero facit pp̄ neceſſitatē hōeſtarum occupationuꝫ licite pōt de ſero dicere matutīas · etiā in aliis horis tp̄s preuenire · ſicut etiā hoc q̄nqꝫ in ſolēnibus eccliis fieri ſolet · quietiā pp̄ hoc cōſulitur p̄ſbitero ꝙ de mane dicat om̄s horas vſqꝫ ad veſperas incluſiue · de celebra · miſ · c · i · ſed hore in eccleſia tempore ſuo dici debent · vt in dicto · c · · i ·

¶ Sed que est hora dicendi matutinas? R. diuersarũ ecclãrum diuersa cõsuetudo seruat᷑. tñ si pprie dicamus matutinũ est qrta siue vltima vigilia noctis videlz post tres ptes noctis vsq ad aurorã. vñ scdm Papi. Hu. et Isido. ethimo. iiii. matutinũ est inter abcessum tenbraruz et aurore aduentuz. et sic etiã sonant verba tunc cantata vt est illud. nox precessit dies ãt appropinquit. et iterum qsi in fine matutinarũ. lucis aurora rutilans coruscat et ce. ¶ Sz qdam dicũt contra. quia et dauid media nocte surgebat vt cõfiteretur dño. de cele. mis. c. i. in fi. primũ autẽ verius vt in eodẽ ẽ c. in pri. ¶ Vtruz clericus exñs in scolis teatur dicere officiuz mortuorum? R. scdm Tho. in quoli. officiũ defunctoruz qnq in ecclã dicitur ordinarie sicut ptinens ad officium ecclẽ. sicut etiã fit iu die aiarum. et siliter in qlibet ecclã est aliqua spãlis cõsuetudo vt q dicatur semel in septimana vel sic. et ad tale officiũ tẽtur clericus bñficiatus in ecclã etiã exñs in scolis. ¶ Si vero dicatur tale officium ppter aliqm cãm emergentem non tẽtur ad hoc clericus exñs in scolis. ¶ Sed qd cum monachus preficitur ecclẽ prochali quod officium seqtur? R. scdm Hos. seruabit cõsuetudinẽ ecclẽ ad quam transit. ar. xii. di. illa. et xli. di. quisqs. ¶ Quid si qs pretermissa vna hora dicat sequentẽ? R. scdm Vber. credo q sufficit q caute suppleat illud quod tm̃ omissum est. et agat pniam de negligẽtia. pnia quoq de omissis horis arbitraria est sicut et alie. vt ifra. pnia. ii. ¶. ii. ¶ Vtrũ clericus excoicatus tẽatur dicere horas? R. si est excoicatus miori non est dubiũ q et põt et dz dicere per modũ qm hẽs. s. excoicatio. vii. ¶. iii. Si vero est excoicatus maiori dicendum scdm Hos. q tẽtur qdem dicere sed non in ecclã vel cum alio. aut qi in officio suo sz solus et qi per moduz orõnis. xi. q. iii. siquis epus dãnatur. et c. siquis epus in consilio. nã cũ sit obligatus ad hanc seruitutẽ. vt de cele. mis. c. i. per excoicationẽ non liberatur ab ipsa. xvi. q. i. legimus. Idẽ Gof. et Ra. ¶ Clerici et religiosi cõmorãtes cũ cardialibus et epis pñt se coaptare illis in diuis officiis nec ad alia tẽntur. de cele. mis. dignaz. in cle. ¶ Ospitalitas. Clericus siue ordinãdus dz esse hospitalis ppter multa q hẽs infra. ordinãdus. ¶. vii.

H Vmilitas. Vtrum hõ debeat se omibus per humilitatem subicere? R. scdem Tho. se. se. q. clxi. dicendum q in hoie

duo possunt cõsiderari scz id quod est dei quicqd ad pfectionem ptinet. et id quod est hominis scilz quicqd ptinet ad defectum. humilitas aũt pprie respicit reuerentiam qua homo deo subici tur. et ideo quilz homo scdm̃ id quod suum est debet se cuilibet pximo subicere qntum ad hoc quod est dei in illo. Non autem hoc requirit hũilitas vt aliquis id quod est dei in seipso subiciat ei quod dz esse in alio et ideo absqz preiudicio hũilitatis potest dona que quis accepit preferre donis que alteri appent collata. Simi liter etiam hoc non requirit hũilitas vt aliquis id quod suuz est in seipso subiciat ei quod est hominis in altero. alioqn oporterz vt quilz reputaret se maiorem peccatorem quolz alio. potest tñ aliquis reputare aliquid boni esse in pximo quod ipse non habz vel aliquid mali esse in se quod in alio non est. et sic potest absqz falsitate se credere et pnunciare omibus viliorẽ scdm̃ defectus occultos quos in se regnoscit. et dona dei que in aliis latent.

Iactantia quid sit? R. scdm̃ Tho. se. se. q. cxii. Iactantia pprie iportat qz homo verbis se extollit dicendo de se ali quid quod supra se est. hoc aũt cõtingit dupliciter. qñqz autẽ aliquis loqtur de se non quidem supra id quod est in se sed supra id quod hoies de eo opinãtur. Alio mõ aliquis per verba se extollit loquens de se supra illud quod in se est scdm̃ rei verita tem. et in isto mõ magis proprie iactãtia consistit. quis vtroqz modo dici possit. ¶ Vtrum iactantia sit pctm̃ mortale? R. secũ dum Tho. vt supra. Iactãtia põt dupliciter cõsiderari. Vno mõ scdm̃ se et sic est peccatũ mortale. vt quando quis iactanter pro fert quod est contra glãm dei. Eze. xxviii. eleuatum est cor tu um et dixisti deus ego sum. vel etiaz cõtra caritatẽ pximi. si cut cum quis se iactãdo prũpit in cõtumelias aliorum. et Lu. xviii. non suz sicut ceteri hoim raptores. iniusti. adulteri. velut etiam hic publicanus. sed si non sit cõtra gloriam dei vel carita tem pximi erit pctm̃ veniale. Alio mõ põt considerari iactãtia scdm̃ suam cãm. et si quidẽ pcedat ex supbia vel iani glã tali q̃ sit pctm̃ mortale et ipsa erit veniale alias erit pctm̃ mortale. Si vero sit pter appetitũ lucri videtur ptinere ad pximi deceptõ nez vel dãnũ et sic magis est pctm̃ mortale. sz nec hoc semp qa põt esse tale lucrũ ex quo alius nõ dãnificat. ¶ Quod yronia q̃ cõtraria ẽ iactãtie ẽ qñqz qdã iactãtia. vide ifra. yronia. § . ii.

IEiuniuʒ · triplex est ieiuniũ · primũ corporis a cibo ma-
teriali · Secundũ afflictionis a gaudio temporali · Tertiũ
voluntatis a peccato mortali · Et sciendũ ꝙ primũ ieiu-
niũ dñs instituit in paradiso · sed postea sanctificauit · xl · diebus
et noctibus in deserto · Mat · iiii · et Luce · iiii · ¶ Vtruʒ ieiuniũ
sit semꝑ laudabile vel qñ? ℟ · scdm̃ Tho · in · iiii · di · xv · i tribus
casibus non est laudabile nec etiam licitũ · Nam primo quidem
subtrahere per ieiunium quod est necessariũ vite non licʒ · sicut
nec seipm̃ inteficere · sed hoc est valde modicũ · qa natura mo-
dicis est contenta · Item nõ licet subtrahere quod est necessariũ
scdm̃ ea que incũbunt facienda ex officio vel ex societate eoruʒ
ad quos quis cõuiuit · hoc eni essʒ de rapina hostiã offerre · Itẽ
tertõ nõ dʒ esse tãta abstinentia ꝙ homo ab opibus vtilioribus
impediatur · nã et licet ad ea non teneatur · indiscretum tñ erit
tale ieiuniũ et nõ licitũ · Sed abstinẽtia siue ieiunium laudabile
est qñ per ipm̃ caro diminuitur a suo robore ita ꝙ facilius spũi
subdatur · nec pp̃ hoc mortale acceleratur · qa ex habundantia
plures moriuntur q̃ ex defectu · ¶ Vtrũ ieiuniũ cadat sub ꝑce-
pto? ℟ · scdm̃ Tho · secũda se · q · cxlvii · dicẽdũ ꝙ ieiuniũ inq̃tuʒ
pertinet ad necessitatẽ cohartatiõis peccati vel satisfactionis in
pnia vel ad eleuationẽ mentis ad spiritualia · sic in cõi cadit sub
ꝑcepto legis nature · sed determinatio tẽporis et modi ieiunãdi
cadit sub ꝑcepto iuris positiui · quia ab ecclesia sic est statutuʒ ·
nec tñ qlibet trãsgrediens peccat mortaliter sʒ tm̃ qui trãsgre
ditur ex contẽptu · vel sic ꝙ ipediatur finis quẽ intẽdit legisla-
tor · sed qui ex causa rõabili frangit ieiuniũ non peccat morta-
liter nec est transgressor ꝑcepti · ¶ In qbus diebus tenetur quis
ieiunare? ℟ · q̃tum est ex ꝑcepto tenetur quis ieiunare · primo
qdem totam q̃dragesimã · de conse · di · iii · non liceat · et · c · nõ
oportʒ · et · c · placuit · Idem de iiii · tẽporibus · lxxvi · di · statui-
mus · Item in vigilia natiuitatis dñi · e · ti · c · i · Itẽ in vigilia pẽ-
thecostes · vt notatur · lxxvi · di · necessario · Et in vigilia assum
ptionis beate marie · e · ti · c · i · Itẽ in oibus vigiliis apostolorum
preterq̃ philippi et iacobi · quia venit tempore paschali · et beati
iohãnis euãgeliste · quia venit infra octauã natitatis dñi · c · ti ·
consilium · de festo etiam beati bartholomei cõsuetudo seruãda
est · nõ deicienda · quia hoc iam firmũ et vniuersale est sʒ de die

celebrandi festum. vt in dicto. c. consiliũ. Item ex vniuersali ecclesie cõsuetudine p̄ceptũ est de vigiliis beati Iohannis baptiste et oim̄ sanctorũ et etiam vt Innocẽ. ponit beati laurentii ¶ ꝙ si aliqua dictarum solẽnitatum euenerit in secũda feria vigilia ieiunabitur in sabbato p̄cedenti. vt in dicto. c. consiliũ ¶ Similiter de ieiuniis que ep̄i in suis ep̄atibus indicunt. de conse. di. v. ieiunia. et di. iii. c. i. Sunt alia ieiunia non de p̄cepto sed de consilio. sicut de aduentu. vt in dicto. c. consilium ¶ Itẽ in q̄rta et sexta feria. et sabbato. de cõse. di. iii. ieiunia. et. c. sabbato Item rogationes. de conse. di. iii. rogationes. ¶ Vtrum liceat ieiunare in dn̄ica? R℞. scd̄m Tho. se. se. q. cxlvii. dicendũ ꝙ die dn̄ica ieiunare nõ conuenit. quia dies est leticie. vn̄ si quis tũc ieiunaret quasi faciens contra consuetudinẽ populi xp̄iani non essꝫ a peccato imunis. licet ieiuniũ de se sit laudabile omni tp̄e. lxxvi. di. vtinã. ¶ Que hora sit competẽs comedendi? R℞. scd̄m Tho. vbi. s. cõueniens est hora nona. nec illã oꝫ distinctte considerare. sed sufficit grossa estimatio scꝫ ꝙ sit circa illam horã. neqꝫ multum nocet si ex aliqua causa aliq̄tulum illa hora p̄ueniatur. vel si forte pp̄ infirmitatẽ vel etateꝫ vel aliqꝫ hm̄oi tali hora comedere cederet alicui ad magnũ grauamen. nam tunc essꝫ cum eo in ieiunio dispensandũ. vel vt aliq̄tuluꝫ perueniret horam. ¶ A q̄bus cibis ieiunantes debent abstinere? R℞. scd̄m Tho. se. se. q. cxlvii. i ieiunio q̄dragesimali iterdicũtur vniuersalit̄ oua et lacticinia oi̇a ¶ In aliis ieiuniis diuerse cõsuetudines sunt q̄s q̄sqꝫ obseruare dꝫ scd̄m mores eorũ iter quos cõuersatur. lxxvi. di. vtinã. vsus autẽ carniũ generaliter in oi̇ ieiunio prohibitus est. quia generaliter magis est delectabilis et ad humorem luxurie magis coopatur. vn̄ etiã sexta feria necessario est abstinendũ a carnibus et etiã in sabbato scd̄m quorundã cõsuetudines. e. ti. consilium. Cõcor. Hosti. ¶ An per potũ soluatur ieiuniũ? R℞. scd̄m Tho. vbi. s. Ieiunantes non p̄hibẽtur pluries bibere. q̄a potus magis sumitur ad alterationẽ corp̄is et digestionẽ ciborũ q̄ ad nutritionẽ. licet aliquo mõ nutriat. p̄nt tamen imoderate bibentes peccare et meritũ ieiunii p̄dere sicut etiam si imoderate in vna cõmestione cibum assumant. Cõcor. Inno. siue potus sumatur ante cibũ siue post. ¶ Quid de confectionibus? R℞. scd̄m Tho. se. se. q. cxlvii. p cõfectõnes

siue electuaria nõ soluitur ieiuniũ sicut nec per alias medicinas
nisi quis in fraudem ea sumeret in magna q̃titate per modum
cibi. Concor. Inno. ¶ In qua etate tẽtur quis ad ieiuniuȝ? R. !
scdm Tho. vbi. s. q̃diu aliq̄ sunt in statu augmẽti. nõ tenetur
vsq̄ ad finem tertii septẽnii. i. xxi. anni. cõueniẽs tñ est in hoc
tempore vt etiã se ad ieiunandũ exerceant plus vel minus scdm
modũ sue etatis et possibilitatis. Nouicii quoq̄ et minores re-
ligiosi scdm vber. sup soluendo ieiunio iuxta discretionẽ prela-
torũ se gerere debent. ¶ Quid de peregrinantibus aut multũ
laborantibus? R. scdm Tho. vbi. s. si peregrinatio et labor cõ
mode differri possit aut diminui absq̄ detrimento non sunt pp̄
hoc ecclesie ieiunia ꝑtermittenda. si aũt imineat necessitas sta-
tim peregrinãdi et magnas dietas faciendi vel etiam multũ la-
borãdi. et simul cũ hoc nõ possint ieiunia obseruari. nõ obliga
tur homo ad ieiunanduȝ. videtur tñ in talibus recurrendũ esse
ad superioris dispensationẽ. nisi forte vbi non est cõsuetũ. quia
ꝑlati dissimulãtes videtur ãnuere. ¶ Quid de cursoribus quorũ
vsus ẽ dñis necessarius? R. scdm vber. si non pñt simul currere
et ieiunare excusantur. secus qñ morãtur in vno loco vel mo-
dicũ vadunt. ¶ Quid de seruitoribus nobiliũ? R. si tales ex cã
ꝑueniant horam comedendi nõ credo q̄ peccẽt. Similiter etiã
si ꝑlibãt modicum dico prope horã comedendi nõ credo q̄ pec-
cent. vt quasi ꝑ cõtinuationẽ tp̄is possit postea quasi vna mẽsa
reputari. sicut etiã non peccant qui ꝑgustant cibos dominorũ
ad cautelam veneni. ymo in hoc casu licet monachis ꝑgustare
cibos dñorũ. Nec iterũ peccant qui qñq̄ surgunt de mensa vt
portẽt vinũ eucẽnia et hmõi. Cõcor. Inno. Et idẽ dicit vber.
de seruitoribus et lectoribus mense inter religiosos. dũ tñ cum
licentia. ¶ Quid de paupibus et mendicãtibus? R. scdm Tho.
secunda se. q. cxlvii. si pñt habere tantũ simul quod sufficit ad
vnã cõmestionem non excusantur a ieiunio. alias excusantur.
similiter et qñ propter ꝑcedentẽ mediã ieiuniũ nunc ferre non
pñt. ¶ Quid de mulieribus pregnãtibus siue lactãtibus? R. si
necessitas debilitatis corporalis impedit eas nõ tenẽtur ad ieiu
niũ. ymo si timeatur probabiliter de periculo illarũ vel aborsu
non solũ pñt sȝ tenẽtur soluere ieiunium sicut vbertus. ponit.
¶ Vtrũ vxores propter ꝓhibtionẽ virorũ teneantur dimittere

ieiunia? R. scdm Inno. licet dimittere debeant vota non tamē
ieiunia. nisi forte quia propter scandalū vitandū sacerdos dispē
sare possz. l. di. vt cōstituerim. de cle. ex. mi. latores. Cōcor.
Hosti. ¶ Quid de de infirmis et debilibus? R. scdm vber. excu
santur sz pro q̄ta debilitate arbitrio boni viri standū est. Idem
de senibus. ¶ Vtrū super solutione ieiunii sit petēda dispēsatio
ab epo loci? R. scdm vber. si cōstat de causa ꝓpter quā soluē-
dum est non est necessariū vt petatur dispensatio. presertim vt
dicit Tho. consuetudine interueniente. si aūt dubium sit vtrū
sit cā necessaria. tunc petenda est dispensatio ab epo loci si com
mode possit haberi copia. alias a proprio sacerdote ¶ Vtrū ieiu
nia possint redimi? R. scdm Inno. ieiunia ecclesie non pn̄t redi-
mi nisi causa siue necessitas subsit. sz ieiunia volūtaria possunt
et sine vlla causa redimi et intermitti. ieiunia etiaz que in pnia
īponūtur redimi pn̄t auctoritate superioris. de vo. redēp. c. fi.
et di. lxxxii. p̄sbiter. in fi. ¶ Si de ieiunio fiat votū quō possit re
dimi vel mutari. vide infra votū. v. per totū. ¶ Vtruz ieiuniū
factuz in peccato mortali ꝓsit? R. scdm Al. q̄tuz ad vitā eter
nā nō ꝓdest. sz tn̄ valet p̄cipue ad tria. s. ad obediētiā mādati
ad quod qs tenetur siue obligante ecclesia siue confessore peni-
tentiā iniungēte ¶ Item et q̄tuz ad castitatem ieiunium optime
disponit ¶ Tertio. qnia magis confinem diuine gratie facit. Ad
quid valēt opera extra caritatē facta. habes. s. caritas. §. fi.
¶ Vtrum ieiunans teneatur dare in elias quod sibi restat? R.
scdm Al. nō. sancti vero qn̄ videntur dicere ꝙ sic intelligunt de
consilio vel in diuitibus qui viderint frēm suum necessitatē ha-
bere. ¶ Ieiuniū q̄tuor cōmitari debent scdm Ray. scz largitas
Ieronimus. q̄ manducaturus eras si nō ieiunares da paupibus
vt ieiuniū tuū sit saturitas anime n̄ marsupii lucrū. Itē letitia
Mat. vi. cum ieiunatis nolite fieri sicut ypocrite tristes. Item
hora cōpetens. i. R. xiiii. Ionathas qui p̄uenit horā comedēdi
adiudicatus est morti. Item mensura ¶ Augu. mens auiditate
ciborū laxata ꝑdit orationis virtutē ¶ De diuersis intētionibus
ieiunantiū nota versuz ¶ Abstinet eger. egens cupidus gula si-
mia virtus ¶ Abstinet eger vel quia nō potest cōedere vel pro-
pter medicinam. egens qui non habet qd comedat. cupidus ne
expēdat. gula. i. gulosus vt postea auidius cōedat. simia. idest

ypocrita vt laudetur · virtus · idest virtuosus vt mereatur ·

IGnorantia · vtrum sit peccatum? R · scdm Tho · se · se · q · lxxvi · Ignorantia eorũ que quis tenetur scire · s · sine quibus nõ potest debitũ actũ exercere peccatũ est propter negligentiã · oms aũt tenetur scire cõiter ea que sunt fidei et vniuersalia iuris pcepta · singuli aũt ea que ad eorum statuz vel officium ptinent · Sz ignorantia qȝ quis nesciat ea que scire non põt cũ nõ sit ex voluntate nostra non est peccatũ · Similit etiã non est peccatum ignorantia eoruz que qs licz scire possit non tñ tenetur · theoremata geometrie aut qdaz cõtingentia particularia · ignorantia facti nõ iuris excusat · de regu · iu · ignorantia · li · vi · cuius dicti intentionem tene vt in sequẽti · ¶ ·

¶ Vtrum ignorãtia excuset a peccato? R · scdm vl · duplex est ignorantia · qdam est iuris vt si nescit furtũ esse peccatũ · qdaz est facti · vt si nescit rem quã accepit esse alienã · sz putat suã · Ignorantia igitur iuris aut est omnino inuicibilis et iuolũtaria vt qa scz non est culpa alicuius si scire nõ potest · sicut in ifantibus vel amẽtibus a natiuitate · et tũc excusat a toto · et eodẽ modo si qs de aliquo casu dubitans cõsulit peritos a quibus tñ aliter habuit q veritas se haberet excusatur pp talẽ ignorãtiã · nã in se fecit quod potuit · Si vero in hãc inuicibilẽ ignorantiã incidit culpa sua · tũc aut hoc fuit per opus licitũ · vt si p vigilias et abstinẽtias deuenit ad amentiã · et tunc etiã excusatur a toto · etiaz si furoris excessus peccatuz veniale fuit · aut fuit p opus illicitũ et tunc dicunt qdam qȝ excusatur a tãto licet non a toto · ar · di · l · sepe · xv · q · i · ¶ · sz hoc ¶ Quidã aũt dicũt qȝ peccatũ sequẽs excusatur a toto · si nullũ hz vsum rõis · et hoc probabilius est et verius · xv · q · i · aliquos · et · c · scz · Si vero ignorãtia iuris sit vicibilis et volũtaria tũc si fuit affectata in nullo excusat · ymo est spãle peccatũ · si vero nõ fuit affectata sz solũ quia neglexit addiscere excusat a tanto sed non a toto · hec de ignorantia iuris · Si vero sit ignorãtia facti · hoc potest esse dupliciter · Nã vel ignorantia est cã agendi ita qȝ si sciret illã circũstantiam q trahit in peccatuz non faceret et se fecisse dolet · et hoc excusat a toto · si tñ debita diligentia pmissa fuit · q si premissa non fuerit excusat solũ a tanto · vel ignorantia est tantũ cõcomitãs actũ · scz qȝ etiã si sciret circũstãtiã pcti nihilominus

faceret. et hoc nō excusat. Cōcor. pdictis Pe. et Tho. in scri-
pto. et in. i. se. q. lxxvi. ¶ Vtrum per ignorantiam excusetur
quis a statutis ordinariorum habes infra lex. §. v. et. s. excōi
catio. i. §. vi. ¶ Et vtrum excusetur scolaris q tenet opinionē
sui doctoris vide infra opinio. ¶ Ignorātia crassa et supina dici
tur p methaforam hominis crassi et supini q non videt ea etiā
que corā eo sunt. sic et q publica et manifesta dicit se ignorare
cui non facile creditur. xvi. di. quod dicitis.

ILlegittimus. illegittime nati multiplicit̄ sunt. nā alius
dicitur mancer ille proprie qui est natus de scorto. alius
spurius vel notus q de adultera. alius naturalis qui de
soluto vel de soluta. et tales omnes ꝓhibentur ordinari. q̄a per
antiq̄ legē ꝓhibebātur in templū dei māceres et spurii intra-
re. deutro. xxiii. de elec. inotuit. e. ti. q filii sunt le. p venera-
bilem in fi. ¶ Causa aūt ꝓhibitionis triplex est. s. dignitas cleri-
calis que hmōi vilibus conferri nō debet. de exces. prela. inter
dilectos. Item detestatio paterni criminis. de here. vergentis.
Item q̄a tales filii solent esse imitatores paterni sceleris. vi. q.
i. si quis cum militibus. et di. lvi. si gens. in secularibus tamen
dignitatibus tales non semp prohibentur. ff. de curi. l. spurii.
et. l. generalit̄. §. spurios. ¶ Quid si illegittimi p ignorātiā ꝓ
Pudicicia sicut ponit Tho. se. se. q. clii. nomē pudicicie a pudore sumitur in quo verecūdia signatur. et ideo oportet q; pudicicia ppric sit circa illa de qbus homines magis verecūdātur. maxime aūt verecūdātur de actibus venereis vt dicit Augu. xiiii. de ciui. dei. vnde nec actus cōiugalis verecundia caret. et hec ratio. quia motus illorū mēbrorū imperio rationis nō subdūtur. verecūdatur aūt homo nō solum de illa mixtione venerea. sз etiā de qbuscūq; signis eius. vt dicit phūs. ii. retho. et ideo pudicicia attenditur proprie circa venerea et precipue circa signa venereoruз sicut sunt aspectus impudici. oscula et tactus. et quia hec magis solent dephendi. ideo pudicicia magis respicit huiusmodi exteriora signa. castitas autem magis ipam veneream cōmixtionem. Interdum autem vnum pro reliquo sumitur et ponitur.

Punitio. sine culpa nisi subsit causa non est aliquis puniendus. de re. iu. sine culpa. li. vi. de punitione quā habз facere platus quere. s. correctio. i. ¶ Item. s. disciplina. Item. s. pena. i. Item de punitione an dimittenda sit ppter scādalum. vide infra scandalum. ¶. vi.

Purgatio. quid est? R̄. scdm̄ Ray. est de obiecto crimine innocētie ostensio. s. per iuramētū vel alio modo debito scdm̄ Gof. Et habet duas species. vna dicitur purgatio canonica. alia dicitur vulgaris. ¶ Canonica fit qnq; per solū iuramētū ipius diffamati. qnq; etiā p iuramētū testiū purgātiū. s. et iurātiū. s. q; credūt illū verū iurasse et innoxiū eē. et ista purgatio apbatur tanq̄ bona. ii. q. v. fere p totuз. vulgaris

vero purgatio est que a vulgo inuenta est. vt ferri candentis. aq̄ feruentis seu etiam frigide duelli et huiusmodi. hec in toto reprobata est tanq̄ a dyabolo inuēta. ii. q. v. memia. et. c. con suluisti. et. c. monarchia. et est contra illud deutro. vi. math. iiii. et Luce. iiii. non tēptabis dn̄m deum tuū. vt in. c. monar chiā. in fi. et. xxii. q. ii. q̄ritur. Et de ista materia habes. s. duellum. ¶. penul. ¶ Sed qn̄ est indicēda purgatio? R. qn̄ quis est publice infamatus et cōuinci nō potest. seu etiā nō accusa tur de purga. cano. nos inter alia. ¶ Sed cum quot psonis fieri debet purgatio? R. scdm̄ Ray. numerus cōpurgatorū taxabitur ad arbitriū boni iudicis. qn̄q3 enim maior qn̄q3 minor numerus taxandus est scdm̄ q infamia vel crimen sunt magis vel minus grauia. ii. q. v. psbiter. et. c. omnibus in fi. vn̄ Innocentius in dixit cuidā decano purgationē cū. xiiii. sui ordinis. de purga. ca. inter pollicitationes. et cuidam epo indixit purgationē cum duobus abbatibus tm̄. de purga. ca. cum in iuuentute. et ad hoc de accu. cū p. ¶ Quales debēt esse purgatores? R. si possint haberi aliqui eiusdem ordinis sui siue dignitatis. haberi debēt de purga. ca. inter sollicitudines. alias puta q illi sunt inimici cū aliis inferioris ordinis vel etiā cū laycis posset se quis purgare. ii. q. v. si legitimi. et. c. omnibus. in fi. de purga. ca. cū in iu uētute. di. lxxxi. clerici. debēt tn̄ esse viri catholici et qui con uersationem et vitam eius etiam transacto tpe nouerint. vt in dicto. c. inť sollicitudines. et. c. seq̄nti ¶ Quietiā cū mulieribus religiosis et honestis posset quis se purgare. xviii. q. ii. in decia in fi. ¶ Corā q̄bus debet fieri purgatio? R. si aliquis est infa matus apud pplm̄ debet se purgare in publico. si apud clerū co rā clero. et i vtroq3 casu corā iudice. xii. di. illud. ii. q. v. oibus xv. q. v. de crimie. ¶ Que forma iuramēti i purgatōe? R. for ma talis erit. Ego talis iuro q nō feci tale quid p me nec man daui. nec cōsiliū aut fauorem aut auctoritatē dedi. di. l. si quis viduam. ii. q. vi. auditū. de purga. ca. quotiēs. et. c. fi. potest etiam addi nec ratū habui q meo nomine factū fuerit. de resti. spo. cū ad sedē. ff. de vi. et vi. ar. l. iii. ¶. cū purgator. Com purgatores vero iurabūt sic. Iuro siue iuramus q credimus ve rū esse illud quod ipe iurauit. e. ti. quotiens. vel breuius scdm̄ Gof. Infamatus iurabit se imunē a crimine de quo infamatur

et compurgatores iurabunt se credere illum verum iurasse. ¶ Quid si infamatus defecerit in purgatõne? R. punietur tã q̃ cõuictus. de accu. cũ p. et de symo. de hoc. et. c. insinuatũ. si vero purgationẽ rite perfecerit iudex sine mora et difficultate debet suspensionem si forte facta fuerat relaxare et eum ab infamia criminis absoluere. de purga. ca. ex tuarũ. ¶ Quid si purgatio non fuit rite facta? R. si nõ fuit facta corã suo iudice vel etiam si coram sꝫ fuit facta purgatõ vulgaris etiã si infamatus absolutus fuit. nihilominus tenebitur iterũ se canonice purgare. de purga. ca. ex tuarũ. et. c. cuꝫ dilectus. ¶ Vtrum purgatio semper sit recipienda qñ infamatus offert eam? R. scdm̃ Ray. duo casus sunt in quibus non debet recipi. vnus qñ crimen est notoriuꝫ. alter qñ est accusator et offert ꝓbationẽ de purga. c. ii. et. c. cũ dilectus. ¶ Vtruꝫ iudex possit indicere purgationem ei quẽ ip̄e suspectũ habet? R. non nisi forte accusatus fuerit et remanet suspectus suo ep̄o aut sacerdotibus et honestis viris. ii. q. v. omnibus.

PVrgatoriuꝫ. Ignis purgatorii et si eternus non sit miro tamen mõ grauis est. excellit enim omnẽ penam quam vnq̃ aliquis passus est in hac vita. nunq̃ in carne tanta pena inuẽta est. licet mirabilia passi sint sancti martires tormẽta et multi nequnt tanta sustinere supplicia. hec de penitentia di. vii. c. fi. et quasi eadeꝫ. xxv. di. qualis. in fi. ¶ Que crimina purgãtur per purgatorium? R. non capitalia sed minuta. xxv. di. ¶. aliqs ea. et. c. q̃lis hinc. i. Itẽ illa peccata de quibus nõ fit sufficiens pñia. vt. s. pñia. i. ¶. vii. et pñia. ii. ¶. iiii. ¶ Vtrũ existentes in purgatorio possint iuuari ab exñtibus in hoc seculo? R. scdm̃ pe. sic. vt patet. ii. Macha. xii. sancta et salubris est cogitatio ꝓ defunctis exorare vt a peccatis soluantur. et Aposto. i. cori. xii. loqtur de corpore mistico ad similitudinem corporis humani. In corpore vero humano natura ꝑ vnum mẽbrũ supplet indigentiã alterius. ergo cũ gratia sit potentior q̃ natura in corpore mistico vnũ membrum potest supplere indigentiã alterius. et hinc est ꝙ suffragia membrorum ecclesie possunt ꝓdesse mẽbris indigentibus. quia vero ꝑ mortẽ non desinunt esse mẽbra eiusdem corporis. suffragia viuorum pñt prodesse etiã defunctis. vnde Augu. non est negandũ spem

defunctorũ pietate suorũ viuentiuꝫ posse releuari. Concordat Tho. in. iiii. di. xlv. et de hac materia vide infra suffragiũ.

Purificatio post partũ. vtrum ꝓpter ptum debeant mulieres abstinere ab ingressu ecclesie? R. si intrare volunt ecclesiam ad agendum gratias non peccant. nec sunt ꝓhibēde. si tamē ex veneratione voluerint aliquã diu abstinere. deuotio earũ non est imꝓbanda. e. ti. c. i. ¶ Vtrum vir cognoscens vxorē ante purificationeꝫ post partũ peccet mortaliter? R. scdm̄ vber. nõ credo. et licꝫ videatur cõtra. v. di. ad eius. xxxiii. q. iiii. si cã. xxxii. q. iiii. origo. ii. q. vii. non solũ. omnia illa capitula loquuntur de honestate et consilio. sed vir qui vxori debitũ reddit his tēporibus non peccat sed tamen de honesto et consilio non debet reddere nisi timeatur fornicatio. sicut nota. c. ad eius.

Pusillanimitas vtrum sit peccatũ? R. scdm̄ Tho. se. se. q. cxxxiii. sicut per ꝑsumptionē aliquis excedit proportionem sue potentie duꝫ nititur ad maiora q̃ possit. Ita et pusillanimitas deficit a ꝓportione sue potentie dum recusat in id tendere quod est sue potontie cõmensuratũ. et ideo sicut ꝑsumptio est peccatũ ita et pusillanimitas. quia est contra naturalē ordinē quo vna queqꝫ res naturaliter inclinatur ad exeq̃ndum actioneꝫ cõmensuratam sue potētie. Inde est ꝙ seruus qui accepta pecunia dn̄i sui fodit in terram nec est operatus ex ea pp̄ quendã pusillanimitatis timorē punitur a dn̄o. vt habetur Mat. xxv. et Luce. xix. de ꝑsum. habetur. s. ꝑsumptio.

Quarta. multiplex est. scꝫ falcidia. trebellianica et legitima siue debita filiis iure nature que est reducta ad tertiã. de his tribus habetur supra. legittima. ¶. i. ¶ Est et q̃rta de funeralibus quã habere debēt ꝑdicatores et minores de sepulturis apud eos. vide infra sepultura in. ¶. i.

Questuarii. q̃stores qui discurrunt ꝓ elemosinis ꝓhibentur admitti. nisi exhibeant veras litteras apostolicas vel dyocesani. et ꝙ nil ꝓponant nisi q̃tum in litteris cõtinetur. et ponitur forma litterarum de penitē. et re. cum ex eo. ¶ Questuarii tales debēt esse modesti et discreti. et ne in tabernis vel aliis locis inhonestis hospitentur. nec faciant incõgruas expensas. nec assumant habituꝫ false religionis. de peni. et re.

cum ex eo. ¶ Ad questuarios nullatenus pertinet predicare sꝫ tm̄ caritatiua subsidia petere. et indulgentiā si quā habent exponere. de hereti. vt officiū. li. vi. et in clem. de penitē. et re. c. abusionibus. et si ꝓpter eos impediretur officiū inquisitorū pn̄t et debēt ab ip̄is cōpesci a p̄dicatione. vt in dicto. c. vt officiū. ¶ Questores nō debēt cōcedere idulgētias motu suode facto nec dispensare sup votis. nec absoluere a pluriis homicidiis et aliis peccatis cōfitētes sibi. nec male ablata incerta data sibi aliqua pecunie q̄titate remittere. nec tertiā aut q̄rtā partē et huiusmodi. de iniūctis penitentiis relaxare. nec animā vt mendaciter asserūt de purgatorio trahere. nec plenā peccatorū remissionem indulgere. nec a pena et culpa absoluere. Et omnia priuilegia super predictis vel aliquo eorū reuocata sunt in clemen. de peni. et re. c. abusionibus.

Raptor. i. s. q̄n per violentiaꝫ aliquis rapuit res alienas. cuius pena est scd̄m leges ꝙ si agatur infra annū. ciuiliter punitur in q̄druplū. cōputata. s. ip̄a re. post annū vero in simplū. ff. vi. bonorū rap. l. i. et. ii. Et ad istam penā raptor quidē tenetur solū postq̄ cōdēnatus est. vt ponit Tho. secūda se. q. lxiii. Si vero agatur criminaliter tunc ꝓpter vim sine armis punitur in tertia parte bonorū et fit infamis. ff. de vi. pu. l. i. i. R. et. l. fi. de hoc vide supra infamis. Si aūt cuꝫ armis. punitur deportatione. quia scꝫ deportabatur in insulā et p̄debat omnia bona sua. vt insti. de pu. iudi. ¶. itē lex iulia. de iudi. Secundū canones vero raptor multiplicit̄ punitur. et prima pena est q̄a excomunicatur. s. ab illo ep̄o in cuius ep̄atu rapinam facit. e. ti. c. i. vi. q. iii. placuit. Itē denegatur ei penitentia nisi reddat ablata vel plenā securitatē de reddendo faciat si habeat vnde possit. si vero non haberet vnde posset. quia distulit facere p̄niam vsqꝫ ad mortem. et sic non potest satisfacere si petat p̄niaꝫ dabitur ei et etiam viaticū. Si vero decedat impenitens tunc et viaticū et sepultura negabitur ei. e. ti. sup eo. et. c. in litteris ¶ Quid si non habuit vnde reddat nec heredes vel ꝓpinqui volūt satisfacere ip̄e tn̄ cōtritus facit quod potest licꝫ tarde. non priuabitur p̄nia et viatico. sed tn̄ sepultura negabitur. quod statutū est ad terrorē aliorū. Presbiteri vero qui cōtra p̄dicta fecerunt sepeliendo ip̄m et huiusmodi debent

deponi ab officio et beneficio. vt in dicto. c. super eo. Sed tñ de occultis raptoribus scdm̄ Innocē. nō dȝ talis rigor seruari. ar. e. ti. in litteris. de pena etiaȝ raptoris. vide. s. furtum. ¶. iii.

¶ Vtrū rapina sit grauius q̃ furtū? R℞. scdm̄ Tho. secunda se. q. lxvi. sic. nam violentia est magis contra rationem q̃ ignorantia. Item p̄ rapinā non solū infertur alicui damnū in rebus sȝ etiā vergit in q̃dam persone iniuriaȝ. q̄ aūt homines minus verecūdantur de rapina q̃ de furto ex hoc est q̄ homines sensibilibus inherentes magis gloriantur de virtute exteriori q̃ magis manifestatur in rapina q̃ de virtute interiori q̃ tollitur per peccatum. et ideo minus verecundātur de rapina. Ad materiā raptorū ptinere pōt. s. latro. et. s. naufragus. et. s. pyrata. et. s. predo. et infra restitutio per totū. Non licet rapere a saracenis tempore treuge. infra treuga.

Raptor. ii. s. personarū. ¶ Raptor dicitur non solum rerū vt in p̄cedenti. c. sȝ etiā p̄sonarū. et sicut ab illo dicitur rapina ita ab isto dicitur raptus. Et cōmittitur qn̄ puella violenter rapitur. vt in perpetuū teneatur. vel etiā qn̄ nō ipa sȝ vsus eius violenter rapitur. xxxvi. q. i. ¶. ex hoc. Item raptus non solū cōmittitur in virgine sȝ etiā large sumptus in vidua et scanctimoniali. xxxvi. q. ii. raptores. et. c. si qs nō. et de hac materia habes. s. luxuria. ¶. i. ¶ Que est pena raptoris? R℞. scdm̄ leges. pena ē vt capite puniatur. et si ingenuā rapuit eius substātia rapte applicetur. Secus si ancillā vel libertam. quia tūc decapitatur quidē sȝ nō perdit substantiā. et intelligitur si rapuit mulierē honestaȝ secus si meretricem. quia scdm̄ leges nō punitur. vt. C. de adult. l. que adulteriū. Item nō distinguit vtrū volentē vti quis rapiat aut inuitā sponsam p̄priam vel alienam. cōiugatā aut non cōiugatam. Item non potest puella rapta cōtrahere cū raptore seu rapiente. Itē etiā omnes seruitores raptores capite puniūtur. p̄bantur hec omnia. C. de rap. raptores ¶ Scdm̄ canones vero aliter punitur. Nā raptor efficitur seruus rapte. nisi velit se redimere. xxxvi. q. i. de raptoribus. hec aūt pena potest infligi in foro iudiciali non aūt in penitentiali. Item raptor dȝ excōicari cuȝ fautoribus suis. xxxvi. q. ii. c. i. et. iiii. Item si rapta velit cōtrahere cum raptore. potest. e. ti. accedens. Item nō intelligitur rap-

tor si rapuit sponsam ꝓpriam . xxxvi . q . i . lex illa . et . q . ii . de puellis . et . c . si quis virginem . e . ti . cum cām . Item raptus nō est vbi puella consentit . vt in dicto . c . cum cām . An qui deflorat virginē tēatur eā ducere vel maritare habes . s . luxu . ¶ ii .

Ratiociniis obligati . vide . s . obligatus .

Reconciliatio ecclesie . vide . s . consecratio . ii . ¶ . iiii . Itē de violatione cimiterii . s . consecratio . iiii . ¶ . ii .

RElígio primo comuniter . Vtrū liceat nouam religionez adinuenire ? R℞ . nullo mō . de reli . do . religionuz . li . vi . ¶ Vtrum illi qui construūt hospitalia mutant habitum accipiunt certum signum . aliq̄ etiam hospitalitatem exercēt . habent tñ vxores et ꝓprium . sint aliquo mō dicendi religiosi . seu persone ecclesiastice ? R℞ . si hoc sit sine auctoritate epi nullo modo debent dici ecclesiastice ꝑsone nec religiosi . lxxiii . di . nulla . si aūt fiat auctoritate epi tunc locus quidem religiosus censetur . de reli . do . c . iii . et . iiii . ꝑsone si ꝑmittant obedientiaȝ et caste viuere cū vxore . et ea mortua aliam non ducere et ꝓprium nō habere ecclesiastice sunt et quodāmō religiosi dici pñt . Nec obstat ꝙ vxorem aliquis talis habet . nā et intelligitur caste viuere . xxi . di . vicena . Item non obstat ꝙ q̄si ꝓpriū habet . quia illud potest habere rōe administrationis . non tñ ꝓprie religiosus dici potest . nisi ꝓmittat aliquā approbatam regulam . de reli . do . c . fi . nec potest tali cōmitti administratio spūalium si laycus est . ¶ Vtrum occasione religionis ꝑtermittenda sint pietatis officia in parentes ? R℞ . scdm̄ Tho . in quolibet . aliter dicendum de illo qui nūdum religionem intrauit . si videat prēm suum in magna necessitate et cui per aliū subueniri non possit non debet religionē intrare . sed tenetur ministrare parentibus maxime si absq; ꝑiculo peccati possit in seculo remanere . si vero per alium possit parentibus suis ministrari . potest si vult religionem intrare . vñ Crisostomus exponens illud Mat . viii . et Luce . ix . dimitte mortuos suos . dicit ꝙ malū est hominē abducere a spiritualibus et maxime cū fuerint q ministeriū parētū cōpleant extabant tñ aliqui qui complere possent illius funeris sepulturam . postq̄ vero aliquis est in religione ꝓfessus mortuus est mundo . vñ per spūalem mortem deobligatur a cura impendenda parentibus . sicut et deobligatur per mortem corpo-

ralē. et ideo non peccat nec contra preceptū dei agit. si in claustro remaneat sub pcepto plati parētū ministratōe ptermissa. est autem factus impotēs ad reddendū debitū ministeriū absq ppria culpa. debet tn̄ q̄tum potest salua sui ordinis obedientia satagere vt per se vel per alium suis parentibus subueniatur si in necessitate fuerint. Idem Tho. se. se. q. c i. ¶ Scdm̄ quid attenditur gradus diuersaruʒ religionū? R. scdm̄ Tho. se. se. q. c lxxxviii. summū locū in religionibus tenēt qui ordināt ad docendum siue pdicandū. Secūdū gradū tenent illi qui ordinātur ad cōtemplationē. Tertiū illi qui occupantur cira exteriores actōnes. In singulis aūt horū graduū potest attendi pemīnentia scdm̄ q vna religio ordinatur ad altiorem actū in eodeʒ geenere. sicut inter opera vite actiue potius est redimere captiuos q̄ recipe hospites. et in operibus contemplatiuis potior est oratio q̄ lectio. pōt etiā attēdi pemīnētia si vna earū ad plura horū ordinetur q̄ alia. vel si cōueniētiora statuta hēat ad fineʒ ppositū cōseqndū. Vtrū aūt iferior sit religio solitariorū q̄ i societate viuētiū vide. s. heremita. §. i. ¶ Vtrū religiosus peccet mortaliter transgrediendo ea que sunt in regula? R. scdm̄ Tho. secūda se. q. clxxxvi. votum pfessionis respicit principaliter tria. scʒ pauptatem cōtinentiā et obedientiam. et horuʒ transgressio obligat ad mortale. aliorū aūt transgressi onō nisi vel ppter cōtemptū regule quia hoc directe cōtrariaretur professioni per quā aliquis vouit regularē vitaʒ vel ppter pceptū siue a plato oretenus factū siue in regula expressum. quia hoc esset factum cōtra obedientie votum. nō aūt qui pfitetur vouet seruare omnia q̄ sunt in regula sʒ vouet regularem vitam que essentialiter consistit in tribus pdictis. vn̄ et in qbusdā religionibus cautius aliqui pfitentur nō quidem regulā sed viuere scdm̄ regulam idest tendere ad hoc q aliquis mores suos informet scdm̄ regulaʒ sicut scdm̄ quoddā exemplar. et hoc tollitur per contēptū. In qbusdā aūt religionibus addhuc cautius pfitentur obedientiam scdm̄ regulā. ita q professioni nō contrariatur. nisi illud quod est cōtra pceptū regule. transgressio vero aliorum obligat solum ad veniale. quia talia sunt q̄dam dispositiones ad principalia vota. In aliq̄ tn̄ religione scʒ fratrū predicatorū talis transgressio vel omissio cōstitutionū ipsorum

ex suo genere non obligat ad culpam nec mortalem nec venialem. sed solũ ad penam taxatam. quia per hunc modum ad talia seruãda obligãtur. qui tñ possent mortaliter vel venialiter peccare ex negligentia vel libidine seu contẽptu. ¶ Vtrum religiosus ex eodẽ genere peccati grauius peccet q̃ secularis? R. scdm̃ Tho. vbi. s. peccatuz religiosi potest esse grauius peccato seculariũ eiusdẽ spẽi tripliciter. Vno mõ si sit cõtra votũ religionis. puta si religiosus fornicetur vel furetur. quia fornicãdo facit contra votũ continentie. et furando facit contra votum pauptatis. Secũdo mõ si ex cõtẽptu peccet. quia ex hoc videtur esse magis ingratus diuinis beneficiis quibus est sublimatus ad statum pfectionis. sicut Apo. dicit ad hebre. iiii. q fidelis grauiora meretur supplicia ex hoc q peccando filiũ dei cõculcat p cõtemptũ. vñ et dñs cõqueritur. Hiere. xi. quid est q dilectus meus in domo mea facit scelera multa. Tertio mõ peccatũ religiosi potest esse grauius ppter scandalum. quia ad vitaz eius plures respiciunt. Si vero religiosus non ex cõtemptu sz ex infirmitate vel ignorantia aliq peccatũ quod non est cõtra votũ sue pfessionis cõmittit absq scandalo. puta in occulto. leuius peccat eodem genere peccati q̃ secularis. quia peccatum eius si sit leue absorbetur ex multis bonis q̃ facit. et si sit mortale facilius ab eo resurgit. primo qdem ppter intentionẽ quã habet erectam ad deũ. que etiam si ad horã intercipiatur de facili ad pristina repatur. Item scit delicta corrigere. iuuatur etiã a sociis ad resurgendum. scdm̃ illud ecclesiastici. iiii. si vnus ceciderit ab alio fulcietur. ve soli quia si ceciderit non habet subleuantẽ. ¶ Quid cõsuluendũ eiectis et fugitiuis qui nõ pñt impetrare recõciliationẽ scdm̃ formã decretalis. de regula. c. fi. nec inueniunt religionem in qua recipiantur? R. scdm̃ Ray. tenentur viuere regulariter et honeste tã apostate q̃ eiecti. ¶ Quid de his que lucratur munachus fugitiuus siue apostata? R. totuz monasterio suo lucratur. xviii. q. ii. abbates. Et sicut Innocen. dicit. etiã si vetãte monasterio acqrat. ff. de acqui. re. do. etiam. sz scdm̃ eundẽ si monachus sit eiectus ea que lucratur nulli acqrit nec valet contractus eius. Et addit. posset tñ dici q acqrit epo a cuius iuridictiõe nõ est absolutus. vide etiã hunc casuz. s. apostasia. v. § ii. ¶ Vtrũ piculum sit religiosis

siue monachis si ab abbate negligatur cura ecclesiarum et populorũ pertinentiũ ad eum? ℞. scdm̄ Tho. in quodlibe. nullus potest exigere aut recipere carnalia aliorũ maxime ꝑcia peccatorũ nisi seminet spũalia predicando vel orando vel salm̄ eoruꝫ a qbus recipit ꝓ viribus ꝓcurãdo. dico ergo ꝙ totuꝫ claustrũ sicut recipit sic tenetur refundere. si ergo cõstet eis ꝙ cura negligatur debent supplicare abbati et debẽt eum monere in capitulo. et si videant ꝙ remedium nõ apponatur. debẽt apellare contra abbatẽ sicut cõtra aduersariũ veritatis. et si esset mihi notum aliquod tale monasteriũ nõ auderẽ consulere ꝙ aliquis in tali eligeret monachatũ. ¶ Vtrum aliquis religiosus possit ꝑesse pluribus locis? ℞. nulli monachi vel religiosi pñt ꝑesse pluribus prioratibus. Item nec pluribus ecclesiis curam animaruꝫ habentibus. etiam si eadem cura nõ ꝑ ipos sed per p̄sbiteros ad eorũ pñtationem per epos institutos habeat exerceri. nisi auctoritate sedis apostolice. vel si vnus ex eis ab alio depẽdeat vel inuicem sint annexi. et qcunqꝫ talem prioratũ vel talem ecclesiam optinens receperit alium. primo priuatus est ipo iure. et statim tenetur eum dimittere vt per eũ ad quẽ pertinet libere conferatur. et nisi dimittat fit ineligibilis et ab vtroqꝫ penitus repelli debet. de ꝑben. cuꝫ singula. li. vi. Plura circa hoc vide. s. bñficiũ. i. §. iiii. ¶ Prioratus vel ecclesie aut administratões seu officia vnius monasterii cõsueta ꝑ eiusdẽ monachos gubernari nõ debẽt cõmitti monachis alterius monasterii sine licentia pape. et cõtra hoc ordinãtes sunt priuati potestate ꝓuidẽdi de ipis et recipiẽtes sunt ineligibiles ipo iure. de ꝑben. cũ singula. §. fi. li. vi. ¶ Vtrũ religiosi succedãt in bonis parentũ et huiusmodi? ℞. sic. ymo plus. ꝙ parentes non pñt eos exheredítare. q̄uis dũ layci fuerãt in cãm ingratitudinis incidissent. C. de epis et clericis. deo nobis. xix. q. iii. c. fi. ¶ Religiosis ꝑcipitur in virtute obedientie sub interminatione maledictionis eterne ne in sermoinbus suis p̄latis detrahant aliquos ab ecclesiarũ suarũ freqntia vel indulgentias indiscretas ꝓnuntiẽt. et ne retrahãt testatores a restitutionibus debitis aut legatis matricibus ecclesiis faciendis nec legata vel debita aut male ablata incerta sibi aut sui ordinis fratribus vel cõuentibus in aliorũ preiudiciũ fieri vel erogari ꝓcurent. nec absoluant queqꝫ in

casibus reseruatis pape vel epo et plura huiusmodi vt de priui. religiosi. in cle. ¶ Religiosi mendicãtes si accipiãt noua loca vel antiqua dimittant sunt excõicati. vt. s. excomunicatio. i. ¶. iiii. ver. x. Similiter etiã sunt excõicati religiosi qui vbicũq; temerarie dimittunt habitũ aut accedunt studia sine licentia. vt. s. excomunicatio. i. ¶. iii. ver. xiii. ¶ Vtrum cum religiosis possit dispensari in voto cõtinẽtie? R. scdm Tho. se. se. q. lxxxviii. votũ continentie non est essentialiter annexũ ordini sacro. sz ex institutione ecclesie seu statuto. vñ per ecclesiaz videtur q possit dispensari. sz debitũ continẽtie est essentiale statui religionis p quã homo abrenuntiat seculo totaliter dei seruicio mancipatus. quod nõ potest simul stare cũ matrimonio in quo incũbit necessitas procurande vxoris et prolis et familie et rerum que ad hoc requiruntur. vñ Apo. dicit. i. corin. vii. q qui est cũ vxore sollicitus est que sunt mũdi quomõ placeat vxori. et diuisus est. vnde nomen monachi per oppositũ ad diõem predictam ab vnitate sumitur. et ideo in voto solennisato per professionez religionis non potest per ecclesiaz dispensari. Et ratio nem assignat decretalis. quia castitas est annexa regule monachali. de statu. mona. cum ad monasteriũ. in fi. ¶ Vtrum religiosus factus epus absoluatur a voto pauptatis et obediẽtie? R. scdm Tho. vbi. s. sicut non absoluitur a voto cõtinẽtie Ita nec a voto pauptatis. quia nihil debet habere tanq̃ pprium sz sicut dispensator cõium bonorũ ecclesie. Similiter etiam nõ absoluitur a voto obedientie. sz per accidens obedire non tenetur si superiorẽ non habeat. sicut abbas monasterii qui tñ nõ est a voto obedientie absolutus. ¶ Vtrum religiosus factus epus teneatur ad obseruãtias regulares? R. scdm Tho. secunda se. q. clxxxv. si qua sunt in regularibus obseruantiis que non impediant officium pontificale sz magis valeãt ad custodiã pfectionis sicut est continentia. pauptas et alia huiusmodi ad hoc remanet obligatus. et per cõseqñs ad portandũ habitum sue religionis qui est huius obligationis signũ. Si qua vero sunt que officio põtificali repugnãt sicut est solitudo silẽtiũ et huiusmõi et alique abstinentie vel vigilie graues ex quibus impotens corpore redderetur ad exequendũ pontificale officiũ ad huiusmodi nõ tenetur. In aliis tamen potest dispensatione vti scdm q re-

quirit necessitas psone vel officii et condcō hominū cuȝ quibus viuit p modū quo etiā plati religionū i talibus secū dispēsant. ¶ Vtrum religiosus factus rector alicuius ecclesie teneatur ad statuta sui ordinis. vide. s. monachus. ¶. vi. ¶ Vtrū religiosus possit esse iudex? Rꝫ. simplex religiosus iudex esse non pōt. vt. ff. de iudi. l. cū ptor. Sȝ nec potest per cō pmissum recipe arbitrium. quia non dȝ esse desceptator forensiū negociorum. xvi. q. i. monachi. et. c. de pn̄tium. et. C. de epis et cleri. repetita. sȝ arbitrator seu amicabilis cōpositor esse pōt. vt autēti. vt dif. iu. ¶. siuero cōtingit. colla. viii. xi. q. iii. iniustum. Et hoc intellige de imperio sui prelati. vt in dicto. c. monachi. de postu. c. ii. et hec est sn̄ia vber. durandi. et Hostien. ¶ Vtruȝ religiosus possit exercere officium tabellionatus habes infra tabellio. ¶. fi. Et vtruȝ possit esse testis. vide infra testis. iii. ¶. ix. ¶ Vtrum religiosus possit esse executor testamentorū? Rꝫ. si est ordinis minorum nō potest esse executor sȝ pōt cōsulere. vt in clem̄. de verbo. sig. exiui. ¶. puide ꝙ vir. ver. Itē ꝙ executiones. Si etiā est alterius ordinis non potest. nisi super hoc petita licēcia et obtēta. vt de testa. religiosus. li. vi. talis quoꝙ et si sit exemptus vel prelatus tenetur reddere ordinario rationeȝ et ordinarius tenetur exigere. vt de testa. religiosus. in cle. ¶ Quid de conuentibus quarundaȝ mulierū que canonice appellantur. nec sunt professe et hn̄t ppriū ymo etiam matrimoniū contrahere pn̄t. nunqd sunt dicende religiose? Rꝫ. scdm̄ Innocen. et Ber. non. ymo earuȝ status satis repbatur. xviii. q. ii. perniciosam. nisi forte aliud ostendant. debent quoꝙ per ordinarios visitari auctoritate ppria. vel si exēpte sunt auctoritate pape. hoc in cle. de statu. mo. et ca. attēdētes. circa fi. Erant et quedā alie que dicebantur beguine assumentes certū habitū nulli promittentes obedientiā nec renuntiantes ppriis nec regulam habentes licet religiosis quibusdam spāliter adherentes. Iste beguine etiā omnes assumentes statū earuȝ et religiosi qui vouēt eas in statu beguinagii sunt excōicati. vt. s. excomunicatio. i. ¶. iiii. ver. quinto. Sȝ de hoc non includit beguinas siue vestitas de pn̄ia beati dn̄ici in lūbardie et tussie ptibus constitutas. vt patet in declaratione Io. xxii. que incipit Cum de mulieribus. Ad materiam religionis potest facere. s.

monachus et s monialis Si religiosus vel religiosa petitur tanq̃ cōiunx require s matrimoniũ nono ¶ penultimo

Religio ii quo ad ingressum ¶ Vtrum de ingressu religionis hn̄da sit magna deliberatio? R. scd̄m Tho se se q vlti diuturna deliberatio et multorũ cōsilia reqrũtur in magnis dubiis vt dicit phũs in iii ethico In his aũt q̃ sunt certa et determinata non reqritur consiliuʒ Circa ingressum autē religionis tria pn̄t considerari primo qdem tp̄e religionis ingressus scd̄m se et sic certũ est q̧ est melius bonuʒ et qui de hoc dubitat q̃tum in se est derogat christo qui hoc consiliũ dedit vn̄ Augu dicit in libro de verbis dn̄i vocat te oriens idest christus et tu attendis ad occidētē idest hominē mortalē et errare potentē Alio mō potest considerari religionis ingressus p cōpationē ad vires eius q ē ingressurus et sic nō ē locus dubitationis quia illi q religionē ingrediũtur non cōfidũt de sua virtute sʒ diuina scd̄m illud ysa xl qui sperant in dn̄o mutabũt fortitudinē assumēt pennas sicut aquile current et nō laborabũt ambulabũt et nō deficient ¶ Si tn̄ sit aliquod sp̄ale impedimentũ puta infirmitas corpalis vel onera debitorũ vel aliquod huiusmōi in his requiritur deliberatio et cōsiliũ cũ his de qbus speratur q̧ p̄sint et impediãt vn̄ dicitur ecclesi xxxvii cũ viro religioso tracta de sanctitate et cũ iusto de iusticia q̃si dicat non vn̄ sequitur non attēdas his in omni cōsilio sed cuʒ viro sancto assiduus esto in quibus tn̄ nō est diuturna deliberatio habenda vn̄ Ibero in epistola ad paulinũ Festina q̃so te et herenti in sabulo nauicule funē magis p̄scinde q̃ solue Tertio aũt pōt considerari modus intrandi religionē et quã religionem aliquis intrare debeat et de talibus pōt haberi cōsilium cũ his q non impediũt ¶ Vtrũ aũt impubes possit ingredi religionē habes s nouicius ¶ i et ii ¶ Vtruʒ aliquis debeat alios inducere ad religionis ingressum? R. scd̄m Tho secunda se q vlti Inducentes alios ad religionē nō solũ nō peccant sed et magnũ premiũ merentur dicitur enim Iacobi vlti qui cōuerti fecerit peccatorē ab errore vite sue liberabit animã eius a morte et opit multitudinē peccatorũ et Dan̄ xii qui ad iustitiã erudiũt multos erunt quasi stelle imperpetuas eternitates posset tamē cōtingere circa huiusmodi inductionē triplex

inordinatio. primo qdem si violenter aliquis aliũ ad religionez cogeret quod ꝓhibetur. xx. q. iii. pñs. Secũdo si qs symõiace ad religionẽ aliũ trahat muneribus datis quod ꝓhibetur. i. q. ii. q̃mpio. nec tñ ad hoc ptinet si aliqs alicui pauperi necessaria ministret in seculo nutriẽs eũ ad religionẽ. vel si sine pacto aliq̃ munuscula tribuat ad familiaritatẽ captandã. Tertiũ si mẽdaciis eũ alliciat. iminet enim sic inducto piculũ ne cũ se deceptuz inuenerit retrocedat. et sic fient nouissima illius peiora prioribus. ¶ Vtrum adultus ingressus religionẽ possit ad seculũ redire? R℞. q̃diu est nouicius in ꝓbatione positus redire põt libere infra annũ. preterq̃ in tribus casibus. Primus est si scienter receperit habitũ qui dari ꝓfitẽtibus cõsueuit quod hz locuz in illis religionibus in quibus habitus nouiciorũ est distinctus ab habitu ꝓfessorũ. quia p talẽ susceptionẽ intelligitur ꝓfessio tacite. Secũdus si fecerit ꝓfessionẽ ¶ Tertius si euidenter appet ꝙ talis absolute voluerit vitã mutare. quod tñ nõ ꝓsumitur. nisi clara ꝓbatione vel cõpetentibus indiciis ostendatur. Sz in predictis casibus distingue. quia si aliquod ꝑdictorũ triũ fecerit in aliq̃ religione mendicantiũ non est ꝓpter hoc illi ordini alligatus. sed generaliter alicui ordini. de regu. non solum. li. vi. In aliis vero ordinibus etcetera. vt. s. nouicius. ¶. v. circa medium. ¶ Vtrũ seruus possit ingredi vel recipi in religione? R℞. nõ potest ingredi nec dz recipi siue si sciatur ꝙ sit seruus siue si est ꝑsona incognita et nesciatur vtruz sit seruus vel liber. et si ingressus fuerit et infra triẽniũ petitur a dño suo dz reddi cũ omnibus his que attulit. fide tamẽ accepta de impunitate ipius. post trienniũ vero repeti non potest nisi esset tam longe ꝙ inueniri non posset. xvii. q. ii. si qs incognitus. et currit dictum tẽpus a tẽpore sciẽtie dñi. ar. in dicto. c. si qs incognitus ¶ Et hec itellige vera esse in omni genere seruorũ. etiã si sint coloni originarii siue ascriptitii. de qbus habetur ifra seruus. i. ¶. iiii. ¶ Quid si seruus ingressus monasterium recipitur ad professionẽ añ dictuz terminũ? R℞. scdm̃ Ray. credo ꝙ dz manere in ordine et monasterium dz satisfacere dño quia fuit in culpa ricepiendo. ar. di. liiii. si seruus. vel dic ꝙ si erat incognitus et ꝓbabat forte per falsos testes ꝙ esset liber. dz restitui dño si petat. ar. de seruis non or. c. de seruorum. Concor. Hostiensis.

¶ Quid si talis post factā ꝓmissionē fuit dn̄o restitutus et postea manumissus sit. nunquid tenetur redire ad monasteriū? R. scd̄m vber. sic. qa q̄tū in eo fuit monachus fuit. ¶ Vtrū obligati ad ratōcinia possint ingredi vel recipi in religione? R. si sint obligati ad rōcinia reipublice non sunt recipiēdi. di. liii. lege. sʒ vbi obligati sunt ad rōcinia priuatorū hominū. honestū est ꝙ prius de rōciniis se expediāt. Vtrū sic obligati possint ordinari. vide. s. obligatus ꝑ totū. ¶ Vtrū ille q est obligatus ad aliquid soluendū possit ingredi religionē? R. scd̄m Ray. ingredi pōt nō obstante obligatōe vel iuramento. dūmō non ex leuitate vel intētione subtrahēdi debitū hoc faciat. sʒ ex caritatis feruore. nec facit iniuriā creditori qa excusatur auctoritate spūs sci. cui nemo resistere pōt. xix. q. ii. duo. de regula. et trā. licet. Sʒ monasteriū tenetur satisfacere de his q̄ ipe contulit monasterio. xix. q. iii. siqua mulier. C. de epis et cleri. deo nobis. ¶. i. Quid si nihil cōtulit monasterio qa nihil habebat. inanis est actio quā excludit inopia debitoris. xiiii. q. vi. si res. ff. de dolo. nā iis. Si tn̄ post ingressuʒ religionis occasione eius monasteriū aliq̄ acqreret puta ꝑ substitutionē hereditariā vel donationē seu ex testamēto teneretur monasteriū quātū illud essʒ. ar. in dicto. c. siqua mulier ¶ Concor. Innocē. Hostien. et Tho. sc. se. q. vlti. Poterit etiā vt ait Ray. i monasterio exn̄s scribere vel aliud honestū opus facere ad liberandū se. dūmodo nō negligat pp̄ hoc diuinū officiū. di. xci. clericus. et. xxi. q. i. clerici. et deducētur expense scd̄m quosdā ne sit onerosus monasterio. xvi. q. vi. de lapsis. Sʒ addit ꝙ aliq dicūt nō deducēdas expēsas. qa ex quo altari seruit de altari viuere debet. xii. q. i. ex his. et hoc ꝓbabilius videtur. dūmō non impediatur in aliquo ab obseruantia regulari. ¶ Quid si sit obligatus ad aliquid faciendū? R. scd̄m Hostiē. nihilominus ingredi pōt et pficiat ꝑ aliū. nisi manus eius spāliter electa esset. quia tūc nō licebit ei per alium facere nisi de licētia eius cui promisit. ar. C. de caduc. tol. l. i. ¶. ne aūt. de offi. dele. c. fi. pōt etiā satisfacere ei cui ꝓmisit siue de bonis q̄ cōtulit monasterio siue cōparādo aliquid vt ei satisfaciat. de hoc vide in ꝑcedēti. ¶. ¶ Vtruʒ rector q iurauit regere ciuitatē ꝑ annuʒ. vel magister q iurauit legere. vel capellanus qui iurauit seruire in capellania possint

ingredi religionē? R. scdm̄ Ray. sic. nō enim iuramētū violat q illud in melius cōmutat. de iureiu. pueit. Idē Inno. et Gof. Hosti. quoq3 idē. s3 addit. consulo tn̄ q primo cōpleat quod p misit. de iureiu. debitores. hoc eni tutius est nisi ab illo vel illis qbus iurauit possit liñtiaʒ optinere. ¶ Vtrū aūt propt obseqa pentū debeat qs trahi ab ingressu religionis. hēs. s. religio. i. ¶. iii. Et vtrū cōiugatus possit igredi. vide infra. votū. iiii. ¶ fi. ¶ Vtrū epi archidyaconi vel psbiteri curati possint ingredi religionē? R. scdm̄ Tho. se. se. q. vlti. obligtio voti ppetua id vacādū diuis obseqis cōpetit ppric epis et religiosis et psbiteri et curati et archidya. n̄ obligātur voto ppetuo et solēni ad curā aiarū retinēdā sicut ad hoc obligātur epi. vn̄ epi psulatū deserere nō pnt absq3 auctoritate rōani pōtificis. de regula. lic3. Archidyacōi aūt et psbiteri curati pnt libere abrenūtiare epo curā eius cōmissaʒ absq3 licētia pape q solus pōt in votis ppetuis dispēsare. vn̄ maifestū est q archidyaco. et psbiteris curatis lic3 ad religionē trāsire. etiā epo cōtradicēte. vt. xix. q. ii. duo sunt. Bn̄ficia aūt alicuius taliū toto tpe pbationis n̄ debet alteri cōferri nisi de ipius cōsensu. vel nisi cōstet q vitā voluerit absolute mutare. vel pfessionē fecerit seu hitū pfessorū receperit. s3 interi seruietur bn̄ficio p vicariū cui de portione ipius bn̄ficii puidebitur. de regul. bn̄fi. li. vi. ¶ Vtrū excōicatus possit ingredi vel recipi in religione. vide. s. absolutio. iii. ¶. fi. ¶ Vtrū illi q n̄ sunt exercitati in obseruātia debeāt ingredi religionē? R. scdm̄ Tho. vbi. s. sic. nā et dn̄s Matheū publicanū q in obseruātia pceptorū exercitatus nō erat vocauit ad consiliorū obseruātiā. vt pat3 Luce. v. Ingredi eni religionē n̄ solū expedit his q sunt exercitati in pceptis vt ad maiorē pfcōnē p ueniāt s3 etiā his q nō sunt exercitati vt facilius peccata vitēt vt pat3 qa p vigilias Ieiuniū et obedientiam tolluntur occasiones peccatorū. vt luxurie gule et hmōi. ¶ Ingressi mōasteria se et sua dedicāt deo. oia eni eorū bona intelligūtur mōasterio esse collata. C. de epis et cle. aūt. ingressi. et. xix. q. iii. qa ingredientibus. hoc tn̄ in multis locis nō seruatur de cōsuetudie in qbus ex quo qs ingressus est ppinq eius occupāt bona imobilia. nisi qtenus de illis dedit monasterio scdm̄ cōsuetudinē regionis. Idem fit alicubi etiā circa mobilia. Et scdm̄ Ray. dicta

cōsuetudo valz si est apꝓbata vel optēta p.xl.annos.nā mino ri tpe n̄ currit cōtra ecclesiā pscriptio. ¶ Vtruz p ingressuz re ligionis cōseqtur qs remissionē peccatoruz? R. scdm Tho. se. se.q.vl. rōabilit pōt dici qꝫ sic.sicut p assumptōz crucis.si eni aliquibus elemosinis factis hō pōt statim satfacere de pctis suis scdm illud Dan.v.peccata tua eleōsinis redime. multomagis in satisfactione pro oibus peccatis sufficicit qꝫ aliqs se totaliter se dinis officiis mācipet p religionis ingressuz q excedit ōme ge nus satisfactionis et publice pn̄ie.vt hētur.xxxiii.q.ii. admo nere.sicut etiā holocaustū excedit sacrificiū vt dicit Greg. vn̄ inuitis prm̄ legitur qꝫ eādē grāz cōsequūtur igredietes religio nē quā cōsequūtur baptizati.si tn̄ p ingressuz religionis nō ab soluere ntur ab omni reatu pene. nihiloius ingressus religionis vtilior essz q̄ pegrinatio terre scē ad ꝓmotōz in bonū quod p̄ pōderat absolutionē a culpa. ¶ Quid de illo q dolo inductus in trauit religionē? R. scdm Ray. nō pōt allegare deceptionē cu ius cōdicio melior facta ē. qꝫ me.cā cuz dilectus.et de conuer. cōiu.expte.et.c.veniēs. ¶ Quid si aliqs reliōez ingrediatur sub cōdictione aliq? R. scdm vber.si pōatur cōdcō cōtra sub- stāz religionis puta qꝫ liceat ei tenere ꝓpriū n̄ valz mōachatus vn̄ tn̄ pōt tenere ad vsuz de cōsensu plati. Si vero cōdcō appo natur cōtra aliq̄ pticularē austeritatē vtputa qꝫ liceat ei come dere carnes tūc si scit hoc contineri in regula vel cōstōne quaz ꝓfitetur tenetur.secus si nescit illud in eis cōtineri. ¶ Quid si aliqs vidēs aliqꝫ mōasteriū vbi mōachi splēdide viuūt cogitat. hūc ordinē bn̄ possuz sustīere.et sic igreditur? R. scdm Ray. dico indistīcte qꝫ si fecit ꝓfessionē nō pōt ad sclm̄ redire. qn po tius si erat peritus et sciebat ea q̄ seruanda erāt intelligitur se obligasse nō ad illud quod fiebat sz quod fieri dēbat. Idez si erat simplex et fuit ei explanata regula et cōdcōes ordis et ꝓfessus fuit. Si vero nō fuit ei exposita asperitas regule tunc si solū ad illā vitā intēdebat se obligare non ad aspiorē. et hec expssit non cogitur ibi māere sz trāsibit ad aliū ordinē quē sustīere possit. si vero n̄ expssit dz reānere. nec pōt allegare dolū. vt.s.in.¶. antepenultimo dictum est.

Religio.iii.quo ad votū ingrediēdi ¶ Vtruz pueri possint se voto obligare ad religionis ingressuz? R. scdm Tho.

se. se. q. vl. votũ simplex cõsistit in sola ꝓmissione cũ interiori
mẽtis deliberatione. et hoc votuȝ hȝ efficatiã ex iure diuino. q̄
tn̄ duplicit̄ tolli põt. vno modo ꝑ defcm̄ deliberationis vt patȝ
in furiosis quorum vota n̄ sunt obligatoria. vt de regula. c. si-
cut tenor. et eadẽ rõ est de pueris q nũdũ hn̄t vsuȝ debitũ rõis
ꝑ quem sint doli capaces. queq̃dẽ pueri hn̄t vt frequẽtius circa
xiiii. annũ. puelle vero circa. xii. q dicũtur anni pubertatis.
In qbusdã aũt anticipatur et in qbusdã retardatur scdm̄ diuer
saȝ dispositõnẽ nature. Alio modo impeditur efficatia simplicis
voti si qs deo voueat illud quod nõ est ꝓprie ptãtis. puta si ser
uus etiã vsuȝ rõis hn̄s voueat se reliõeȝ ingredi aut etiã ordie
tur ignorãte dn̄o. vt di. liiii. si seruus. Et qa puer vel puella in
fra pubertatis annos naturaliter sunt in ptãte pris q̃tũ ad di-
spositõnẽ sue vite poterit pater votũ eorũ reuocare vel accep-
tare si sibi placuerit. vt exp̄sse dicitur de muliere Nume. xxx.
Sic ergo si puer an̄ tp̄s pubertatis votuȝ emittat n̄ obligatur.
si tn̄ an̄ hẽat vsuȝ rõis obligatur q̃dẽ q̃tũ in se est ex suo voto.
sȝ põt reuocari ꝑ auctori. pris. qa ordiatio legis q̄ vnus homo
subditur alteri respicit illud quod in pluribus accidit. Si vero
ãnos pubertatis excedat n̄ põt reuocari auctoritate ꝑẽtũ. et si
nũdũ hẽret vsuȝ rõis n̄ obligaretur quo ad deũ. Ceterũ de vo-
to solenni ꝓfessionis dicetur i sequẽti. §. ¶ Vtrũ liceat aliquos
voto obligare ad religionis ingressum? Rñ. scdm̄ Tho. se. se. q.
vl. vnũ et ideȝ opus ex voto factũ laudabilius est q̄ si sine voto
fiat. vt dicitur ifra votũ. i. §. xi. q incipit Vtrũ melius. et iõ
obligari voto ad ingressuȝ religiõis est scdm̄ se laudabile. ¶ V-
trũ q vouit ingredi religionẽ teneatur intrare? Rñ. scdm̄ Tho.
vbi. s. votũ est ꝓmissio deo facta de his q̄ ad deũ ptinẽt. vt aũt
Gregori. dicit in epistola ad bonifaciũ. si inter hoies solet bone
fidei cõtractus nulla rõe dissolui. q̃tomagis pollicitatio quã qs
cũ deo pepigit solui sine vindcã nõ poterit. et iõ ad iplẽdũ illud
quod hõ vouit ex necessitate tenetur ¶ vn̄ guilermus sup illud
p̄s. vouete et reddite etcetera. dicit vouere volũtati cõsulitur
sȝ post voti ꝓmissionẽ redditio necessario exigitur. tẽtur ergo
qs ex necessitate iplere votũ dũmõ sit aliq̃d quod ad deũ ptine
at. manifestũ aũt est q ingressus religiõis maxie ad deũ ptiet
qa pp̄ hoc homo totaliter se mancipat diuinis obsequiis. vnde

relinquitur q̄ tenetur ingredi. sc3 scdm̄ q̄ se obligare itendit. ita sc3 q̄ si se intendit absolute obligare tenetur q̄ citius poterit legittimo impedimēto cessante. si aūt ad certu3 tp̄s vel sub certa condicione. tenetur aduenīēte tp̄e et condicione exn̄te. ¶ Quid si illi nolūt eum recipe? R. scdm̄ Tho. se. se. q. lxxxviii. siqde3 intentio sua fuit se obligare ad religionis ingressum principaliter et ex consequēti elegit hāc religionē vel hūc locū q̄i sibi magis cōgruēt̄e tētur si nō pōt ibi recipi aliā reliōe3 intrare. si aūt pricipaliter intēdit se obligare ad hāc religionē vel ad hūc locū pp̄ spālē cōplacētiā huius religionis vel loci. nō tenetur illā religionē intrare si illi nolūt eū recipe. ¶ Eandē s̄niam ponit idē Tho. e. li. q. vl. ¶ Vtrū ille q̄ vouit vnā det̄minata3 reliōe3 licite possit iduci ad aliā? R. scdm̄ Tho. se. se. q. vl. qa in maiori intelligitur minus. iō ille q̄ obligatus ē voto vel iuramēto ad ingressu3 minoris pōt licite induci ad hoc q̄ ad maiorē religionē trāseat. nisi sit aliq̄ spāle quod ipedit puta infirmitas vel spes maioris p̄fectus in minori reliōne. Ille vero q̄ obligatur voto vel iuramto ad igressu3 maioris religiōis n̄ pōt licite induci ad minorē reliōe3 nisi ex aliq̄ euidēti cā. et cū dispēsatōne supioris. si tn̄ ingrediatur et p̄fiteatur. vide infra religio v. ¶. iii. ¶ Vtrū ille q̄ vouit ingredi teneatur ibi p̄petue manere? R. scdm̄ Tho. vbi. s. si vouēs intēdit se obligare n̄ solū ad ingressu3 religionis s3 ad p̄petue rēanēdū. tenetur p̄petue remanere. si aūt intēdit se obligare ad ingressu3 cā expiēdi cū libertate remanēdi vel n̄ remanēdi. manifestū est q̄ remanere n̄ tenetur. Si aūt in vouēdo nihil de hoc cogitauit videtur obligari ad igressu3 scdm̄ formā iuris cōis q̄ est vt igrediētibus detur annus probationis. vn̄ nō tenetur ibi p̄petue remanere. Si tn̄ tali itentōe itraret vt stati exiret n̄ videtur satisfactū voto qa in vouēdo hoc n̄ intendebat. et iō tenetur vt salte3 velit expiri an ei expediat manere.

REligio. iiii. s. quo ad p̄fessione3 facere. Quid ē p̄fessio? R. scdm̄ Tho. se. se. q. vlti. Professio est solenne votu3 quod facit esse monachū vel religiosu3. quod qde3 subditur ordiationi ecclesie pp̄ solennitate3 quā hab3 annexā. et qa ecclesia respicit illud quod i pluribus est. p̄fessio aūt tpe pubertatis fcā q̄tumcūq3 aliquis habeat vsu3 rōis plenū vel sit doli

capax n̄ hꝫ suū effectū vt satisfaciat pfitentē esse iā religio
sū. Adde hoc quod dicitur. s. nouicius. ¶. i. et. ii. ¶ Quid est
professio expssa et q̄ tacita siue p̄sumpta? R. pfessio expssa est
q̄ fit in manu abbatis vel p̄lati recipiētis eā. vel in manu eius
quē p̄latus ad hoc mittit de regula. et trāſ. ad apostolicā. ta-
cita vero fit p susceptionē hitus pfessorū. Itē si manifeste ostē
dit q̄ velit vitā mutare. Itē si gestat hitū etiā nouiciorū p ānū
vbi n̄ est distictus in colore vel scissura. vide hoc. s. nouicius. ¶
iiii. Si aūt pfessio fiat īfra annū. vide ibidē. ¶. v. ¶ Vtrū ille q̄
fecit pfessionē tacitā teneatur ad oēs obseruātias regulares?
R. scdm̄ Tho. in. iiii. di. xxxviii. in omni casu tenetur ad tria
vota religionis pricipalia. sꝫ ad alias obseruātias q̄rū trāsgres-
sio ex dissimulatione p̄latorū inducitur q̄ dū videntes n̄ corri-
gūt indulgere videtur. n̄ uidetur obligari. pcipue si sit simplex
q̄ talia sufficienter discernere nesciat. ¶ Concor. al.

Religio. v. quo ad trāsitū ad aliā ¶ Vtrū liceat trāsire de
vna ad aliā? R. scdm̄ Tho. se. se. q. vl. transire de vna
religiōe ad aliā nisi pp magnā vtilitatē vel necessitatē n̄
est laudabile. tū qa ex hoc plerūq̄ scādalizātur illi q̄ reliquun-
tur. tū etiā qa facilius pficit aliq̄s in religione quā cōsueuit
q̄ in illa quā nō cōsueuit. ceteris paribus. vn̄ in collōibus prm̄
abbas nescorius dicit vnicuiq̄ vtile quod scdm̄ ppositū quod ele
git summo studio ac diligētia ad opis incepti pfectionē puenire
festinet. et neq̄q̄ a sua quā semel elegit pfessione discedat. Et
postea rōēs assignās dicit. Impossibile nāq̄ est vnū hoiē simul
vniuersis fulciri virtutibus q̄s siq̄s voluerit simul attēptare in
illud cū incidere necesse est. nā dū omnē seq̄tur nullā itegre
cōseq̄tur. diuerse eni religiōes p̄eminēt scdm̄ diuersa virtutū
opa. pōt tn̄ aliq̄s laudabiliter de vna religione trāsire ad aliam
triplici ex cā. primo q̄dē ex zelo pfectōris religionis in q̄ non
attenditur excellentia scdm̄ solā artitudiē vite sꝫ pricipaliter
scdm̄ id ad quod religio ordinatur et cōsequēter scdm̄ discretio
nē obseruātiarū fini pportōatarū. vt. s. religio. i. ¶. iiii. Et
in hoc casu pp humilitatem dꝫ q̄s petere lintiā q̄ tn̄ ei negari
nō pōt dūmodo constet illā religionē artiorē esse. Si vero de
hoc pbabiliter dubitetur est in hoc supioris iudiciū req̄rendū
de regula. et trāſe. licet ¶ Quid si etiā nō petita licētia trāsiuit

ñ pōt repeti scdm̄ vber. maxime si ꝓfessionē in hac scdā fecit. Scdō ꝑpter declinatōez religionis a debita pfcōe. puta si in ali q̄ religione artōri incipiāt ipi remissius viuere laudabilit' trāsit aliqs ad religionē etiaȝ mitiorē si melius obseruetur. et in hoc casu etiā reqritur supioris iudiciū. Tertio vero pp̄ infirmitatē vel debilitatē ex q̄ interdum ꝓuenit q ñ pōt artioris religionis statuta seruare. q possȝ seruare statuta laxioris. et in hoc casu dispēsatio necessaria est ¶ Vtrū religiosus sp possit trāsire ad ar tiorē religionez? ℞. scdm̄ Inno. etiā si cōstet eā esse artiorē tñ ñ poterit trāsire si ex suo trāsitu prior religio incurrat graueȝ iacturā vel infamiā. ar. de regula. et trāse. lȝ. xi. q. iii. si quis vero. nā et ipe ñ dȝ esse cā scādali. de renū. nisi cū pridē. scdm̄ cōeȝ vtilitateȝ q̄ est vt ñ fiat iactura isti cōgregatōi dȝ pferre priuate q̄ est vt sit in artiori religione. Abbas quoq; q imedia te subest pape ñ pōt trāsire nisi de liñā pape. de cōsuetu. cū ve nerabilis. ¶ Vtrū q iā ꝓfessus est in laxiori teneatur ad votuȝ quod fecerit de artiori? ℞. pōt remanere in laxiori qa p secū dū votū solenne derogatū est primo quod fuit simplicit' . tñ pro voto primo ñ cōpleto erit ei pñia iponēda. de regula. et trāse. c. q post votū. li. vi. ¶ Pone q aliqs regularis ipetrauit liñaȝ trāsedi ad artiorē religiōeȝ postea penitet nūquid primi tenē tur eū recipere? ℞. scdm̄ vber. si ñ inuenerit artiorē reliōeȝ vt recipiatur vel si ñ poterat sustinere asperitateȝ illius et reuerti vult añ fcāȝ ꝓmissionē nō pōt repelli ptextu prioris liñe vel re nūtiationis cū fcā fuerit ex cā. s. vt trāsiret ad artiorē reliōeȝ et cā secuta ñ sit. secus si ꝓfessionē fecerit in secūda. ¶ Quid si abbas et cōuētus licētiauerit aliquē simpicit'. et ille renūtiauit simplicit' nō ex aliq̄ cā nisi forsan ex odio? ℞. scdm̄ vber. ñ va let liñā quia hoc est dare liñaȝ vagādi. tñ scdm̄ Augusti. expelli pōt q ñ vult ferre penā de culpa quā forte cōmisit. ¶ Vtrum bona q̄ monachus cōtulit suo monasterio seqntur eū si trāseat ad secūdū monasteriū? ℞. scdm̄ Hosti. si exeat añ professioneȝ ñ est dubiū q cū rebus suis pōt exire. de regu. et trāse. statui mus. Intellige nisi ea absolute et irreuocabilit' dōassȝ. sȝ si post ꝓfessionē et sine liñā trāsit ad aliud monasteriuȝ res sue primo monasterio remanēt et q ipm̄ recipit imputet sibi. ¶ Si aūt cum liñā vel etiā inuitus ex aliq̄ cā vadit ad secūdū monasteriū tūc

vsufructus rerũ quas cõtulit debetur secũdo monasterio q̃diu vixerit ne ei existat onerosus. sic intellige. xvi. q. vi. cognouimus. et. xxvii. q. i. siqs rapuerit. ¶ Religiosi mẽdicãtes si rtãseant ad ordies ñ mẽdicãtiũ etiã de liña pape ñ hñt vocẽ vel locũ in capitulo. etiã si ab aliis eis cõcedatur. nec pñt hẽre prioratũ nec aliq̃ admistratõez vel q̃cũq̃ officia etiaz annua. nec tanq̃ vicarii vel mistri vel loca eorũ tenẽtes pñt aiarũ regimẽ exercere. de regu. et trãs. vt ꝓfessores. in clem. sicut etiã tactũ est. s. elcõ. i. ¶. xxvii. q incipit quis non potest.

violat vel offendit. quod intelligenduz est scdm Tho. qn legem dei impugnat. sicut hereticus vel blasphemus. et quidē ex hoc ꝙ deo nō credit incurrit infidelitatis peccatum. ex hoc vero ꝙ diuine legis verba peruertit sacrilegiū incurrit. Item qui dispu tat de iudicio principis vel iudicat ex hoc nisi euidēter cōstaret illud esse contra deū. et dico disputat reuocādo in dubiū. secus si ꝑꝑ maiorē discutionē. ¶ Item ꝙ publica officia cōmittit iudeis de ꝑdictis casibus. xxvii. q. iiii. ¶. qui autē. et. c. nemini. et. c. constitutū. Itē quicunqꝫ rem ecclie retinuerit vel accepit cō tra eius volūtatē. xii. q. ii. nulli liceat ignorare. ¶ Scdm quā spēm sacrilegiū est grauius peccatum? R. scdm Tho. se. se. q. xcix. tanto sacrilegium est grauius q̄to res sacra in quā pecca tur maiorē obtinet sanctitatē. vn̄ si sacrilegium committatur contra personā vel locum grauius est cōtra personaz q̄ contra locū sacrū. quia sanctitas loci ordiatur ad sanctitatē hominis. Item hec tanto sunt grauiora q̄to persona vel locus sunt sanc-tiora. Si vero sacrilegiuz cōmittatur circa alias res sacras tūc diuersos habet gradus scdm diuersitatē sacraruz rerum. inter quas summū graduz optinēt ip̄a sacrā quibus homo sanctifica tur. quorū precipuū est eucharistie sacramentū quod continet ip̄m christū. et iō sacrilegium quod contra hoc sacram̄ cōmit-titur grauissimū est inter omnia. Post sacramēta aūt secūduz locum tenēt vasa cōsecrata ad sanctorum susceptionem. et ip̄e ymagines sacre et sanctoruz reliquie. in quibus quodāmō ip̄e persone sanctorū venerantur vel dehonorātur. deinde ea q̄ per tinent ad ornatū ecclie vel ministrorum. deinde ea que sunt de putata ad ministrorum susceptationē siue sint mobilia siue im mobilia. ¶ Que pena sacrilegii? R. si iniuria atrox fiat ꝑsone ecclesiastice scdm leges pena ē decapitatio. C. de epi. et cleri. si quis in hoc. alias vero iudicis arbitrio reseruatur pro qualitate persone rei tp̄is et loci. ff. ad. l. iul. pecul. l. lege. ¶. i. et. l. sa-crilegii. Scdm canones duplex est pena. vna sp̄ualis. s. excoica tio. nā pro sacrilegio in personā ecclesiasticā cōmisso est maior excoicatio ip̄o iure. pro sacrilegio vero in rebus est minor exco municatio. et in quibusdā casibus etiā maior. vt cū quis incen dit vel frāgit eccliaz. vt habes. s. absolutio. i. ¶. iii. ver. ii. de eo. et. s. excoicatio. iiii. Alia est pena pecuiaria. xvii. q. iiii. si

quis cõtumax. et. c. quisqs inuẽtus. et. c. siquis deinceps. in quibus capitulis diuerse ponũtur pene pecuniarie que scdm̃ q̃titatẽ criminis et locorum cõsuetudines infligende sunt.

Sagitarius. vtruz liceat vti arte sagittariorũ vel balistariorum? R. pñt xpiani hoc officiuz exercere cõtra paganos et fidei persecutores. cõtra christiãos aũt et catholicos non. e. ti. c. vnico. dicunt tñ quidam q in bello iusto possit licite hoc officium exerceri etiã cõtra christiãos. quia in tali bello vt dicit Augu. vtrum apte quis pugnet an ex insidiis nihil ad iustitiã iterest. xxiii. q. ii. dominus. ii. q. viii. et q̃dẽ.

¶ Que pena exercentium artem predictaz modo prohibito? R. pena eorum est q sub anathemate prohibẽtur. e. ti. c. vnico. in fi. Et dicunt quidã q vbicunq exprimitur talis forma verborum. s. sub anatheumate vel sub pena excomunicationis est canon late sententie. et excomunicatus est qui contra fecerit. di. lxiii. salonitane. Alii dicunt q hmõi verba non habent hanc vim nisi cõmiationis. vt. C. cõmiationes epi. l. vnica. et hec opinio verior est. vñ non sunt excomunicati sed excoĩcãdi. de facientibus et vendentibus balistas vel sagittas. vide. s. negotiatio. ¶. quinto.

Sanctorum corpora. vide. s. reliquie. et corpora sanctorũ.

Sarracenu. s sarraceni dicuntur qui nec nouũ nec vetus testamentum recipiunt. qui non ab agar ancilla abrahe a qua orti sunt volucrũt se nominare. sed potius a sarra vxore libera sarracenos se appellarunt. ¶ Et inter eos sunt quidam dicti samaritani. dicti a samaria ciuitate et prouincia qui receperũt solũ quinq libros moysi et alios respuerũt. ¶ Xpiani qui deferũt sarracenis prohibita vel fauent contra xpianos excomunicati sunt. vt habes. s. absolutio. i. ¶. iii. circa finem. Et addenduz q tales xpiani si capiantur fiunt serui capiẽtiũ. de iude. ita quorundã. et. c. ad liberandũ. Et nota hic q Nicolaus quartus in q̃dam extrauagãti que incipit olim tam in generali statuit et ĩnouauit q nullus arma equos ferrũ ligamina et alia q̃cunq mercimonia in allexandrina vel alia loca sarracenorum terre egipti deferre vel mittere seu de suis portubus vt eis deferãtur extrahere vel extrahi permittere aut eis alias auxilium aut fauorem prestare presumat alias sint excomuicati

ipo facto. nec possint absolui nisi tm de bonis propriis in dicte terre subsidium conuertendum exsoluerint qtũ ad partes predictas detulerint siue miserint aut deferri de iporum portubus deferendũ eis extrabi permiserint. nihilominus q si capiantur fiant serui capientium. et simile statuit de omnibus terris soldano subiectis. Et addit q preter penas predictas sint ppetuo infames et instabiles. ita q nec testari valeant nec aliquid ex alieno testamento percipere nec ex testamento vel ab intestato succedere vel admitti ad publica officia et omnes actus legittimi sint eis penitus interdicti. et postquam de hoc constiterit debent publice demonstrari. et omnia eorum bona ad fiscum deuolui. hec in predicta decretali que tamen intelligebatur reuocata per prohemium sexti. sed tamen post sextum infra annuз papa bonificius innouauit eam in quadã extrauaganti que incipit Contra illos. post hoc papa clemens quintus etiam innouauit et pape absolutionem preterq̃ in mortis articulo reseruauit in extrauagãti que incipit. Multa mẽtis. de treugis obseruandis etiam sarracenis vide infra treuga. ¶ Vtrũ ritus sarracenorum siue etiam gentilium sint tolerandi? R. sedm̃ Tho. secunda se. q. x. licet ecclesia ritus et festa iudeorum agi toleret ritus tamen gentilium nõ toleraret. nisi forte propter scãdalum vitandum vel scisma siue desidium vel huiusmodi maluз sint aliquãdo ad tempus tolerandi ritus paganorum vel etiam hereticorum. ¶ Vtrum liceat furari christianos qui detinẽtur a sarracenis. habes. s. furtum. ¶. penul. et vltimo. quo modo etiam debeant ad fidem duci. require. s. iudeus. iii. ¶. i. Item de seruis sarracenorũ dic sicut. s. de ser. iudeorũ. s. iudeus ii. p totum. ¶ Sarraceni in terris christianorum non sunt permittendi facere publicam inuocationeз de nomine machometi nec peregrinationes ad aliquem ipsorum tanq̃ ad sanctum. e. ti. cedit. in clemen.

Satisfactio potest intelligi dupliciter ¶ Vno modo que fit huiusmodi scз cuз satisfit de eo quod ei quis tenetur. et de hac sufficient que dicta sunt. s. restitutio per totuз. et hic infra. ¶. ix. Alia est satisfactio q̃ satisfit deo de peccatis. et de hac nũc dicendũ. ¶ Quid est satisfactio? R. scdm̃ Augu. satisfactio est causas peccatorũ excidere et eorũ suggestiõibus

aditum non indulgere. Secundum vero Anselmum li. tertio. cur deus homo. satisfacere est deo honorem debitum reddere. Istas diffinitiões exponēs pe. in. iiii. di. quindecima dicit sic. satisfactio curat peccata preterita recompensando et preseruat a futuris cauendo. et ideo per actum primū diffinitur ab Anselmo cum dicit honorem deo debitum scʒ qui per peccatum ablatus fuerat reddere. sed per actum secundum diffinitur ab Augu. s. causas excidere etcetera. per que fit preseruatio a futuris et vocat cās. s. itrisecas radices ex pcō relictas. suggestiões vero vocat oportunitates extrinsecas. vt tempus locum et hmōi. ¶ Vtrum homo possit satisfacere de vno peccato sine alio? R. scdm Thomā in. iiii. di. quindecima. non. nam oportet ꝙ talis sit modus satisfactionis qui competat ad tollendam offensam. offense auteʒ ablatio est amicitie restitutio. et ideo si aliquid sit quod amicitie restitutionem impediat etiam apud homines satisfactio esse non potest. cum igitur quodlibet peccatum mortale impediat amicitiam caritatis que est hominis ad deuʒ. impossibile est ꝙ homo de vno peccato satisfaciat alio retento. sicut nec homini satisfaceret qui pro alapa sibi data se ei prosterneret et simul aliaʒ sibi daret. ¶ Vtrum satisfactio fieri debeat per opera penalia? R. scdm Pe. in. iiii. sen. di. quidecima sic. quia per talia opera fit solutio emende debite pro offensa preterita. et fit preseruatio a futura offēsa. pene eni medicie qdā sunt. vt dicit phūs secundo ethicorum. et quidem quando pēa satisfactoria inducitur propter emendā culpe preterite sic maiori culpe maior debetur pena. quando vero inducitur propter cautelaʒ culpe future sic aliquando etiam minori culpe induci tur maior pena. ¶ In quibus operibus consistit satisfactio? R. scdm Ray. in tribus. s. in oratione ieiunio et elemosina. in primo contra superbiam. in secundo contra carnis concupiscētiam. in tertio contra auaritiaʒ. vnde Thobie. x. bona est oratō cuʒ ieiunio et elemosina. ¶ Et vt ait Petrus. ad has reducuntur omnes alie satisfactiones. nam vigilie peregrinationes disciplie abstinentia et omnia opera carnem affligentia reducuntur ad ieiunium. opera vero misericordie corporalis ad elemosinam. opera misericordie spiritualis ad orationem. et per ieiuniū ordinatur homo ad seipm. per elemosinam ad proximum. et per

orationem ad deum. Item fit satisfactio de bonis exterioribus per elemosinā. de bonis corporis per ieiuniū. de bonis anime p̄ orationē. ¶ Qualiter elemosinarū largitio sit satisfactoria? R. scdm̄ Tho. in. iiii. di. xv. illarum elemosinarū largitio ad quas quis alias tenetur non est pars satisfactionis sed p̄ambulum ad ip̄am. ille vero elemosine ad quas quis alias nō tenetur possunt esse satisfactorie cū sint opera bona et penalia que exigūtur ad opus satisfactoriū. ¶ Vtrum flagella quibus in hac vita a dn̄o flagellamur sint satisfactoria? R. scdm̄ Tho. vbi supra. si flagella fiāt aliquo modo ip̄ius patiētis. inq̄tū scz ea acceptat ad purgatōem pctōrū eis vtēs patiēter sic rōem satisfactōis accipiunt. si aūt patiēs eis oio p̄ ip̄atiētiā dissentiat. tūc ñ efficiūtur aliquo mō ip̄ius. et iō nō hn̄t rōem satisfactionis sz vindicatōis tm̄. ¶ Quid sit magis satisfactoriū an eleōsina vel orō vel ieiunium? R. scdm̄ Tho. in. iiii. di. quindecima. elemosina includit in se orationem et ieiunium duplici ratione. primo. quia elemosina eum cui datur constituit debitorem ad orandum et ieiunandum et ad alia bona que potest faciendum pro eo qui dedit. Secundo quia elemosina propter deum data est quasi q̄daz oblatio deo facta. vnde phūs dicit. iiii. ethicorum q̄ dona habēt aliquid simile deo sacratis. oblatio autem ip̄a deo facta vim orationis habet. ¶ Item inquantum bona exteriora ad corporis conseruationem ordinantur subtractio exteriorum bonorum per elemosinam quasi virtute continet ieiuniū quo maceratur corpus. similiter oratio virtute etiam continet ieiunium. quia extensio intellectus ad deum debilitatem corporis parit. vnde elemosina completius habet vim satisfactionis q̄ oratio et oratio q̄ ieiunium. et ideo dicitur. i. ad Thy. iiii. corporalis exercitatio ad modicuz vtilis est pietas aūt ad omnia valet. et propter hoc elemosina magis inducitur. vt vniuersalis medicina peccati q̄ alia. Luce. xi. Date elemosinam et omnia munda sunt vobis. Danielis. iiii. peccata tua elemosinis redie. et Thobie. iiii. eleōina ab oī peccato liberat. ¶ Vtrū restiō sit p̄s satisfactōis? R. scdm̄ Pe. in. iiii. di. xv. aliquid pōt dici p̄s satisfactionis dupliciter. vnomō oīe illud quod ad debitā satisfactōez exigitur et sic restitutō est pars satisfactionis. ¶ Alio mō illud solū in quo cōsistit satisfactio. et sic restō nō est p̄s satisfationis. q̄a restiō

dicit tm̄ cessatioꝫ ab iiuria. sꝫ ē fūdamtū et q̄si p̄ambulū ad sa
tisfactōnē. ¶ Vtrū vnus possit ꝓ alio satisfacere. ? R̷. scdm̄ pe.
vbi. s. duplex est effcūs satisfactionis. vnus solūo debiti pctōrū
p̄cedētiū. alter excisio cārū pctōrū sequētiū. et quidem quo ad
hūc secūdū effcm̄ cōstat ꝙ vnus n̄ pōt ꝓ alio satisfacere. q̄tuꝫ
vero ad. i. distīguēdū ē. qa si qs ipons ē ꝑ se satisfacere tūc ali-
us q ē in caritate p̄t ꝓ eo satisfacere. sicut etiā cōfiteri. vt. s.
cōfessio. i. ¶. vi. Si vero ē pons tūc oꝫ ꝙ ipemet satisfaciat ꝓ
seip̄o. p̄t tn̄ iuuari ꝑ alterū. et addit hic Tho. ꝙ etiā si sit pons
alius posset ꝓ eo satisfa. sꝫ n̄ est ꝑmittēdū vt aliqs ꝓ alio satis-
faciat. nisi defcūs aliqs appeat i penitēte. vel corꝑalis ꝑ quē sit
ipons ad sustinēdū. vel spūalis ꝑ quē n̄ sit ad portādū penā ꝓm
ptus. Vtrū satisfactio possit fieri ꝑ opa extra caritatē facta: R̷.
scdm̄ pe. et Tho. i. iiii. di. xv. nō. nā satisfactio ē amotio offē
se et restiō amicitie. hoc aūt n̄ pōt fieri sine grā et caritate. vn̄
. i. ad corin. xiii. si distribuero in cibos pau. om. facul. m. etce
tera. caritatē aūt n̄ habuero nichil michi ꝓdest. talia enī opa n̄
sunt deo accepta. Et lꝫ homo n̄ hēat certitudinē ꝙ sit in carita
te et per cōsequens certus esse non possit de satisfactisfactione.
propter quod dicitur eccliastici. v. de ꝓpiciatu peccatorū noli
esse sine metu. tn̄ sufficit certitudo ꝓbabilis cōiecture. ¶ Vtrū
satisfactionē iniūctam sed in mortali peccato expletā necesse sit
iterare? R̷. scdm̄ Tho. vbi supra. alique satisfactiones sunt ex
q̄bus manet aliqs effectus in satisfactientibus etiā postq̄ actus
satisfactionis transiit. sicut ex ieiunio manet corporalis debili-
tatio. ex elemosinis largitis substātie diminutio. et sic de simi-
libus. et tales satisfactiones in pctīs fcē nō oportꝫ ꝙ iterētur.
qa q̄tū ad illud quod de eis manet ꝑ pniaꝫ seq̄ntē accepte fiūt.
Satisfactiones aūt q̄ nō relinquūt aliquē effectū in satisfaciēte
postq̄ actus trāsiit optet ꝙ iterētur sicut ē de orōe et similibus
actus aūt iterior q totalit̄ trāsit nllō viuificat̄. sꝫ oꝫ ꝙ iteret̄
Idē Al. addit etiā vber. ꝙ talis tētur ad sustiendū postea pniaꝫ
siue satisfactōeꝫ. n̄ tn̄ est ei ipon̄da tāta q̄ta si nulla fuissꝫ iposi
ta. qa p̄sum̄dū est ꝙ pp̄ illa iiūcta q̄ fecit lꝫ extra caritatē dn̄s
maiorē cōtritōnē ei dedit. Et nota ꝙ n̄ est i pctō mor. q ē cō-
tritus. vt. s. cōtritio. ¶. pe. Multa q̄ ꝑtinēt ad satisfactioneꝫ
vide. s. eleōsina. Itē ieiuniū. Itē oratio. Itē penitentia. ii.

Scandalum quid sit. Rꝫ. secundū tho. secunda secūde. q. xliiii. sicut iero. dicit sup illo ma. xv. scis qꝛ phisei audi. hoc ver. scan. sūt. ꝙ grece scādalō dicit nos offēsionē uel ruinā uel ipactionē pedis possumus dicere. Contingit enim quandoqꝫ ꝙ aliquis obex ponitur alicui in uia corruptibili cui impingens disponit ad ruinam et talis obex dicitur scandalum et similiter in ꝓcessu uie spūalis contiugit aliquem disponi ad ruinam spūalem per dictum uel factum alterius. inquantum scꝫ aliquis sua monitione uel inductione aut exemplo alterum trahit ad peccandū. et hoc ꝓprie dicit scandalū. nichil aūt secūdum ꝓpriam rōnem disponit ad ruiuam spūalem nisi quod habet aliquem defectū rectitudinis. quia illud quod est pfecte rectum magis munit hominē cōtra casum ꝗ ad ruinā inducat Et ideo comuniter dicitur ꝙ scandalum est dictum uel factum minus rectū prebens occasionē ruine. et hec diffinitō sumitur ex glō. ma. xviii. Scandalum tamen aliquando sumitur large pro quolꝫ impedimento. ma. xviii. scandalum michi es. ¶ Vtrū scādalum sit peccatum. Rꝫ. secundū tho. vbi supra. duplex est scandalum. s. passiuum. i. in eo qui scandalisat. et istud sēper est peccatū. non eni scandalisat nisi inquantum aliꝗliter ruit spūali ruina que est peccatum. Aliud ē scandalū actiuū. s. in eo qui scandalisat. et hoc etiā semper est peccatum quia uel opus quod fecit peccatum est uel etiā si saltem habet speciē peccati siue speciē mali dimittēdum est ꝓpter proximi caritatem ex ꝗ unusquisqꝫ conat saluti ꝓximi ꝓuidere. et sic qui nō dimittit contra caritatē agit. Sed tamē scandalū patientis potest esse sine peccato agētis vtputa cum aliquis scādalizatur de hiis que sibi benefacit et que speciem mali non habēt. Item scandalum agētis potest esse sine peccato patiētis. vt cum aliquis inducit alium uerbo uel facto ad peccatū. Iste quidem ꝗtum est de se scandalizat sed si alius non consentit immunis est a peccato.

¶ Vtrū scandalū sit speciale peccatū. Rꝫ. secūdum tho. secūda secūde. q. xliii. scādalū passiuū. s. in eo qui scandalizatur non potest esse spāle peccatū. quia ex dicto uel facto alterius aliquē ruere contingit secundum quodcunqꝫ genus peccati. nec ipsa sūptio occasiois dat spālem rōem peccati. Scādalū uero actiuū scilꝫ in eo ꝗ scādalizat. pōt sumi dupliciter. s. p se et p accidēs

per accidens quidem qñ est preter intentõem agentis · vtputa cum aliquis uerbo uel factio nordinato non intendit alteri dare occasionē ruine · sed solū sue satisfacere uolūtati · et sic etiā scandalum non est peccatum spāle · quia quod est per accidens non constituit spēm · sed est circonstantia aggrauans · s · ꝗ in publico fit · per se uero est scandalum actiuum qñ aliquis suo inordinato dicto uel facto itendit alium trahere ad peccatū · et sic ex intentõe spāli finis sortit͛ rõem spālis peccati · finis enim dat speciem in moralibus · ¶ Vtrū scandalum sit peccatū mortale · R̷ · secundū Tho · vbi supra · scandalum passiuum potest esse ueniale q̄si hñs impactõem tantū · puta cum aliqs ex inordinato dicto uel facto alterius cōmouet͛ motu ueialis peccati · qñꝗ uero ē peccatū mortale quasi hñs impactõem ruine · puta cum aliquis ex iordiato dicto uel facto alterius ꝓcedit usq3 ad peccatum mortale ¶ Scandalū uero actiuum si sit quidē per accñs potest ēē quandoꝗ ueniale peccatum · puta cum aliquis uel actum peccati uenialis cōmittit uel actū qui non est secūdum se peccatum sed habet aliquam speciem mali cum aliqua leui indiscretõe · qñꝗ uero est peccatū mortale siue quia committit actum peccati mortalis · siue quia contempnit salutem proximi ut pro ea conseruanda non pretermittat facere quop sibi libuerit · Si uero sit per se puta cum itendit inducere alium ap peccandū · si quidem intendat iducere mortaliter est peccatum mortale · et similiter si intendat iducere ad peccandū ueialiter per actum peccati mortalis est peccatū mortale · Si uero itendat iducere ad peccandū uenialiter per actū peccati ueialis est peccatum ueniale ¶ Vtrū bona spiritualia sint propter scādalum dimittenda · R̷ · secundū Tho · secunda secunde · q · xliii · quedam spiritualia bona sunt de necessitate salutis que p̄termitti non p̄nt sine peccato mortali · manifestum est autē quod nullus debet peccare mortaliter vt alterius peccatum impediat quia quil3 plus tenetur sibi q̄ alteri · et iō ea que sunt de necessitate salutis p̄termitti non debent ꝓpter scandalum uitādum In his autem spiritualibus bonis que non sunt de necessitate salutis uidet͛ distinguendum · quia scandalum quod aliquando ex eis oritur aliquādo ex malicia procedit · cum · s · aliqui uolūt impedire huiusmodi bona spiritualia scandalum concitando · et

hoc est scandalum pharisorum qui de doctrina dei scandaliza-
bantur · quod esse contempnendũ christus docet · mathei xv ·
quãdoq; uero scandalum procedit ex ĩfirmitate uel ignorãtia
et huiusmodi scandalũ est pusillorum propter quod spiritualia
opera sunt occultanda uel etiam interdum differẽda ubi picu-
lum imminet quousq; reddita ratione huiusmodi scandalum
cesset · Si autem post redditam rationem duret iam uidetur q;
q inde scandalum sumit non ex ignorantia sed potius ex mali-
cia procedat et sic ꝑpter ipsum nõ sunt spũalia opera dittẽda
¶ Vtrum punitio peccatorum sit ꝑpter scandalum dimitenda
℟ · secunhum Tho · ubi supra · penarum inflictio intm̃ habet
rationem iusticie inquantum per eas peccata cohibẽtnr · si ãt
per inflictionem penarũ manifestũ sit plura et maiora peccata
sequi · tunc penarum inflictio non continebitur sub iusticia et
in hac causa a punitione peccatorum cessandum est · ut dicit
Augus · ¶ Vtrum a sacra doctrina ꝑpter scandalum cessandũ
sit · ℟ · secundũ Tho · ubi supra · circa doctrinã duo sunt consi-
deranda · s · ueritas que docetur · et ipse actus docendi · quorum
primum est de necessitate salutis · ut · s · contrarium ueritati ñ
doceat sed ueritatẽ secundum congruentiam temporis et pso-
narum ꝑponat illi cui imcũbit officium docendi · et iõ propter
nullum scandalũ quod sequi uideatur · debet homo pretermis-
sa ueritate falsitatẽ docere · Sed ipse actus docendi inter elinas
spirituales computatur · de quibus in sequenti · ¶ · dicetur
¶ Vtrum impletio cõsiliorum · largitio eliarum et huiusmodi
opera mie sint ꝑtermittenda propter scandalum · ℟ · secundũ
Tho · ubi · s · qñ talia non sunt de necessitate salutis lʒ propter
scandalum non sint simpliciter ꝑtermittenda sunt tñ interdũ
occultãda uel differenda ꝑpter scandalum pusillorum quousq;
reddita ratione scandalum cesset · quando autem consiliorum
obseruatio etĩpletio operũ misericordie sunt de necssitate salu-
tis ut patet in hiis qui iam uouerunt consilia · et in hiis quibus
ex debito imminet defectibus aliorum subuenire uel in tem-
poralibus puta pascendo esurientẽ · uel etiã spiritualibus puta
docendo ignorantẽ · et hec siue huiusmodi fiant ꝑpter iiunctũ
officium ut patet in prelatis siue ꝑpter necessitatem indigẽtis
tunc eadẽ rõ est de huiusmodi sicut de aliis que sunt de necessi-

citate salutis. de qbus supra dictũ est. ¶. v. ¶ Vtrũ correctio fraterna sit propter scandalum dimittenda. R. secundũ Tho. secunda secũde. q. xliii. correctio fraterna ordinatur ad emẽdationem fratris. et ideo intm̃ computãda est inter spiritualia bona imq̃tum homo conseq põt quod nõ cõtingit si ex correctione frater scandalizetur. et ideo si propter scãdalũ correctio dimittatur non dimittitur spirituale bonum ¶ Vtrum peccatũ ueniale sit committendũ propter scandalum uitandum. R. secũdum Tho. ubi supra. peccatum ueniale propter uitaudum scandalum nunq̃ est faciendũ. si enim faciendum est iam nõ est peccatũ. nam et contingit aliquid propter aliq̃ circonstantiam nõ esse peccatũ ꝙ illa circonstantia sublata esset peccatũ ueniale. sicut uerbum occiosum est peccatum ueniale quando absq͡ necessitate dicit̃ si autẽ ex causa rõnabili proferat̃ nõ est occiosum nec peccatũ simpliciter ¶ Vtrum tẽporalia sint ꝑpter scandalum dimittenda. R. secundum Tho. secunda secũde. q. xliii. distinguendũ est. quia si temporalia sunt nobis ad cõseruãdum cõmissa sicut bona ecclesie cõmittunt̃ prelatis et bona comunia reipublice cõmittũtur rectoribus talium cõseruatio sicut et depositorum iminet his quibus cõmissa sunt ex neccitate salutis. et ideo sunt propter scandalum dimittenda. sicut nec alia que sunt de neccitate salutis. vnde et beatus Tho. cãturieñ. repetiit res ecclesie cum scandalo regis. Si uero tpãlia sunt talia quorum nos sumus domini dimittere ea tribuendo si penes nos habeamus uel si repetendo si apud alios sint propter scandalum qñque debemus et quãdoq͡ nõ. Si eni scandalũ ex hoc oriatur ꝑpter ignorantiã uel infirmitatẽ aliorum quod diximus eẽ scandalum pusillorum. tũc uel totaliter dimittẽda sunt temporalia uel aliter scandalum sedandum. s. per aliquã ãmonitionem. si uero scandalum oriatur ex malicia quod est scandalum phariseorũ tunc propter eos qui sic scandalũ concitant non sunt tpãlia dimittenda. quia hoc etiam noceret bono comuni. eo ꝙ daretur malis rapiẽdi occasio et noceret ipsis rapientibus qui retinendo aliena in peccato remanerent ¶ Vtrũ cibus sit dimittẽdus propter scandalum. R. ecsundũ Tho. ubi supra. cibus totaliter non est dimittendus propter scandalum quia sumere cibum est de necessitate salutis. sed talis uel talis

cibus bene est propter scandalum dimittendus. secundum illud prime. cori. viii. non manducabo carnem in eternum ne frēm meum scādalizem ¶ Utrum debeamus propter scandalum uitare iudiciū. R. secūdum Tho. secunda secunde. q. xliii. sicut dicitur Mathei. v. uolenti tecū in iudicio contendere et tunicā tuam tollere dimitte ei et pallium. Quod ut Aug. dicit itelligēdum ē secundū preparatōem animi. vt. s. homo sit paratus prius pati iniuriā uel fraudē q̄ iudicium subire si hoc expediat quādoq3 tn̄ non expedit. vt in xi. ¶. dictum est. Et similiter ē intelligendum illud apli. i. corin. vi. iam quidem omnino debitum est in uobis qꝫ iudicia habetis inter uos quare non magis iniuriam accipitis quare non magis fraudem patimini ¶ Utrū propter scandalū dimittenda sint illa tēporalia que sunt debita pro spiritualibus. R. secundū Tho. vbi supra. distinguendum est quia aut tale scandalū ꝓcedit ex ignorantia seu infirmitate aliorū aut ex malicia. et siquidē ex ignorantia tunc possunt non accipi uel differri. vt supra. ¶. xi. dictum est. qui incipit. vtrū tēporalia. vnde apostolus seminans spiritualia tēporalia stipendia non accepit ne offendiculum daret euangelio christi. vt patet. i. cori. ix. vitabat enim scandalum quod procedebat ex ignorantia gentilium qui hoc non consueuerant et ideo ad tempus abstiendum erat ut prius istruerenť hoc esse debitum Et ex sili causa ecclesia abstinet a decimis exigendis in terris in quibus non est consuetum decimas soluere. Si uero scandalum procedat ex malicia. agendum est ut in dicto. ¶. xi. supra dicit ¶ Pone qꝫ aliquis habet bonam conscientiā apud deum. multi tamen de eo scandalizātur hoies. vtrum sufficiat. R. secundū Ray. posset uideri qꝫ sic. ii. corin. i. gloria nostra hec est testimoniū conscie nostre. Item. xi. q. iii. secuti. dicas tn̄ qꝫ q̄tum in se est quilibet debet niti satisfacere aliis intentōem suam ostendendo et causā et speciem mali remouendo. nobis eni neccia est uita nostra aliis fama. xi. q. iii. non sunt. Si autem illi nolūt recipere satisfactōem parati semp reprehēdere nō imitari. debet dolere qꝫ illi peccant et sufficit. xi. q. iii. inter uerba. Et hoc idem habes supra. fama. ¶. primo.

Scientia et studium clericorū. Quod clericus debet habere sciam sacre scripture et aliarū litterarū et negotiorum. vt

ſupra · ordinandum · ¶ · iiii · Et ſacram quidem ſcripturam de-
bent ſcire clerici ad ſubditorũ animas informandas · xxxvi · di ·
c · ii · ¶ · ecce : et · c · ſiquis · ſeculares uero ſcientiam debent ſcire
ad eruditionem ut poſſint diſcernere uerum a falſo · et per eas
habere aditum ad ſcientias pietatis · nõ autem ad uoluptatem
et delectationem · xxxvii · di · ¶ · cur ergo · propter hoc ſtatutũ
eſt ut in certis eccleſiis habeatur doctor theologie et artiũ libe-
ralium vide ſupra · magiſter · i · ¶ · i ¶ Et intelligas de artibus
liberalibus · ſ · gramatica principaliter et dyaletica et rectorica
quia iſte principaliter erudiunt hoies ad ſciẽcias pietatis · ſecus
de arſimetica · geometria · muſica et aſtronomia · quia ille licet
in ſe contineãt ueritatem ñ tñ ducũt ad pietatem · di · xxxvii ·
ſiquis · Et tamen ſcie nunc dicte quinetiam et poetice poſſunt
quandoq; nõ ſolum licite ſed etiam meritorie ſtuderi · vt ſilicet
errores gentilium legendo deteſtentur · et utilia que in eis in-
ueniuntur ad uſum ſacre eruditionis inuertant · di · xxxvii ·
turbat · et · c · ſiquis uidetur · nã et ſiquis aduerſus mathẽaticos
uelit ſcribere imperitis matheoſos riſui patet · di · xxxvii · c · q
de menſa · paulus quoq; apoſtolus aliqua philoſoforum et poe-
tarũ ſuis ſcripturis ididit · vt in dicto · c · turbat · vnde · i · cori ·
xv · menãdri phi ſententiam ponit dicens · corrumpunt bonos
mores colloquia praua · Et ad thy · i · · epimenidis poete uerſi-
culum inducit cretenſes ſemper mendaces · male beſtie uentris
pigri · Et contra athenienſes diſputans a cauti poete teſtimo-
nio utitur · dicens de deo · ipſius eni et genus ſumus · actuum ·
xvii · Ieroni · etiam uſus eſt uerſibus uirgilii · de conſe · di · v ·
nunq̃ · et auctoritate galiẽi · et ypocracis · de cõſe · di · v · ne ta-
les · Itẽ Auguſ · uerſibus lucani · xvi q · v · ne mirũ · circa prin ·
debet etiam clericus ſiue prelatus habere conſciam negociorũ
temporaliũ · ũt hic infra · ¶ · iiii ¶ Vtrum clerici poſſint audire
leges uel phicam · ℟ · poſſunt bene nõ tamen cauſa cupiditatis
uel uoluptatis · ar · xxxvii · di · c · i · et c · legimus · etc · ideo · niſi
ſint de illis de quibus dictũ eſt ſupra · excomunicatio · i · ¶ · ix ·
et uer · vi · et · ¶ · iii · uer · xiiii · ¶ Quantam ſciam debet habere
perſona eccleſaſtica · ℟ · prelatus quilibet debet habere ſciam
litterature et ſi non eminentẽ ſaltem cõpetentem · alias poteſt
remoueri · de eta · et quali · q̃uis · et de renun · niſi · ede ele cum

nobis olim. Scia autem cōpetens uocatur que necessaria ē ad executionem cuiuscunꝙ ordinis. sicut sacerdos inq̃tum deputatus est ad celebrādum diuinum officium tenetur scire tantū de gramatica ꝙ sciat uerba congrue proferre et accentuare. et ꝙ intelligat saltem ad litteram ea que legit. Inq̃tum uero est minister sacramentorum tenetur scire que sit debita materia cuiuslibet sacramēti et modum rite dispensandi ipsa. Inq̃tum uero est doctor tenetur scire saltem rudimenta et articulos fidei per dilectionem operantis. Inq̃tum uero est iudex conscie tenetur scire et distinguere inter lepram et non lepram peccatorum. Corcor. Tho. in. iiii. di. xxiiii. addens ꝙ ad episcopos pertinet scire etiā ea que difficultatē in lege dei faciunt uel facere possunt. ¶ Vtrum prelatus debet habere scientiam rerum temporalium. R. sic. nam debent prelati subditis non solum spiritualia sed etiam carnalia subsidia mistrare. exemplo cristi qui turbas sequētes non solum uerbo docebat sed etiā uirtute sanabat et corporalibus alimentis reficiebat. Et ut hoc plene pficere possint oportet eos etiam habere solertiam secularium negociorū ut eorū cautelis et ecclesie seruent̃ indēnes et cuiqꝫ necessaria ꝓ suo modo submistrētur. di. xxxix. per totū. ¶ Et nota ꝙ licet quis ꝓpter horum simplicitatē repellatur. ab obtinēdo bñficio ñ tamen deicitur ab obtēto. sed dat̃ ei coadiutor. vii. q. i. quia frater. de elec. cum in cunctis. secus autē in litteratura. quia si nō habeat saltē cōpetentem potest remoueri vt in precedenti. ¶. dicitur ¶ Vtrum magis expediat insistere scie theologie nel intendere saluti aiarum. R. secundum Tho. in quolibet. hec duo adinuicem compari possunt dupliciter. s. absolute et in aliquo caū. est igitur considerandū. ꝙ in aliquo artificio simpliciter melior ē qui disponit de artificio et dicitur architector quam aliquis manualis qui ope exsequit̃ secundū quod ei ab alio disponitur. vnde in edificiis et cōstruendis maiori mercede cōducit̃ qui de edificio disponit q̃uis nichil maibus opetur q̃ manuales artifices qui dolāt ligna et incidūt lapides. In edificio autē spūali sunt quasi manuales oparii qui pticulariter insistunt cure aiarum publice sacramta ministrando uel aliud huiusmodi pticulariter agendo. sed quasi principales artifices sunt epi qui iperant et disponunt qualiter suum officiū

exsequi debeant ꝓpter quod epi . i . sẽper intendentes dicuntur ¶ Similiter et theologie doctores sunt quasi principales artifices qui inqrunt et docent q̃liter alii debeant salutem aiarum procurare . Similiter ergo melius est docere sacram scripturam et magis meritorie si bona intentõe agatur . q̃ impẽdere pticularem curam saluti huius et illius . vnde apostolus de se dicit . i . cor . i . ñ misit me cristus baptisare sed euãgelizare . q̃uis bbisare sit opus maxime conferens saluti aiarum . et ii . thimo . ii . dicit hoc cõmenda fidelibus qui ydonei erũt et alios docere . ipa eni ratio demõstrat ꝙ melius est erudire de ptinentibus ad salutẽ eos qui in se et in aliis ꝓficere possunt q̃ simplices qui in se tm̃ possunt ꝓficere . In aliquo tñ casu necessitate iminente debent etiam epi et doctores intermisso ꝓprio officio pticulariter intendere saluti aiarum . de materia sciẽtie supra dicere et supra magister primo . et magister . ii . et infra . studium .

SCisma . Scisma secundum Hostien . Gof . et Ray . est ab unitate fidei seu ab uiuersitate illicitus discessus . et dicit a scissura que per ipm fit . xxiiii . q . i . scisma ¶ Que differentia inter scisma et heresim . R̷ secundum . Ray . heresis in principio sui habet puersum fidei dogma quod ñ habet scisma . sed in fine contingit aliq̃m heresim ut recte ab ecclesia uideatur recessisse . xxiiii . q . iii . iter heresim et scisma . vnde potest dici ꝙ est talis differentia qualis inter dispositõem et habitum . primo eni dicitur scisma sed cũ post ptinaciter inheserit sue secte asserens non esse obediẽdum rõne ecclesie est heresis . quia peccat in illo articulo . scãm ecclesiã catolicã . uel dic ꝙ est talis differẽtia q̃lis inter genus et spẽm . quia omnis hereticus est scismaticus sed nõ ecõuerso . Idem Gof . ¶ Vtrum scismaticus uel hereticus habeat aliquam potestatem spũalem . R̷ . secũdum Tho . secũda secunde . q . xxix . duplex est potestas spũalis . vna quidẽ sacramentalis . alia iuriditionalis . sacramentalis qdem potestas est que per aliq̃m consecrationem cõfertur . et talis secundũ suam essentiã remanet in homine q̃diu uiuit siue in scisma siue in heresim labatur . quod patet ex hoc ꝙ rediẽs ad ecclesiam non iterum consecrat̉ . sed tñ tales usum potestatis ãmittunt ita ꝙ non licet eis sua potestate uti . si tñ usi fuerint effectum habet in sacramtalibus quia in hiis hõ nõ opat̉ nisi sicut istrumtum

dei. vnde effectus sacramētales non excludūtur propter culpam quamcunqꝫ conferentis sacramentum. Potestas autem iuriditōnalis est que ex simplici iniunctōe hominis confert. et ideo non immobiliter adheret. et in scismaticis et in hereticis non manet. vnde non possunt absoluere nec excomunicare nec indulgentias facere aut aliquid huiusmodi et si fecerint nichil est actum. vii. q. i. nouacianus. ¶ Qualiter scismatici puniuntur ℞. secūdum Ray. a dño quidem legūtur mutipliciter puniri. vt dathan et abiron qui hyatu terre absorti sunt. nume. xvi. Item decem tribus que ieroboā adheserunt date sunt in dispsionem. iii. ℞. xii. et xiii. et aliis multis exemplis. Ab homine quoqꝫ siue a iudice puniūtur per excomunicatōem uel depositionem. di. xxiii. in nomine domini. e. ti. c. ii. Item puniūtur pecunialiter. ar. xxiii. q. vii. quod autē. Item si necesse est etiā māu militari siue armata. xvii. di. nec licuit. xi. q. i. petimus. de hiis penis etiam tangit Tho. secunda secunde. q. xxxix.

¶ Quod sit grauius peccatum scisma uel heresis? ℞. secūdum Tho. secunda secunde. q. xxxix. heresis simpliciter est maius peccatū quia est contra ipm deum secundū ꝙ in se est ueritas prima. cui fides īnititur. Scisma autem est cōtra ecclesiasticā unitatem que est minus ꝗ ipse deus. ex aliqua tñ circūstantia contingere posset ꝙ aliquis scismaticus grauius peccaret ꝗ infidelis aliqs. et hoc propter maiorem contēptum. uel propter maius piculum quod inducit. uel propter aliquod huiusmodi.

¶ Qualiter redeūtes a scismate sunt recipiendi? ℞. scismaticus uolens redire. abiurare debet et satisfacere ad mandatū ecclie et debet recipi cū manus impositōe ut accipiat spm sancttum. qui extra ecclesiam nō est nec dari potest. xxiiii. q. i. dicimus. et. c. pudenda. et. c. scisma. Et siquis recōsiliatus dicat se dispensatum circa ordines probare debet: et ab eo qui dispensare potest. vt e. ti. c. fi. ¶ Quis potest dispensare cum ordinatis ab heretico uel scisnatico uel ex coīcato? ℞. secundū Hostien. si scienter a tali ordinem receperunt tunc solus papa dispensat Si uero ex ignorantia nō tñ supina tūc per discretū prelatum cum talibus poterit dispensari. de ordi. ab eo. re. epi. c. i. et ii. sed in epatu solus papa dispensat. de elec. quia diligētia. Et de sic ordinatis habes supra. ordinatus. i. § . pe. et fi. Alienatōes

facte a scismaticis nō ualent · vt supra · alienatio · ¶ · pe · et qui innitit̄ eis ē excomunicatus · vt · s · excomunicatō · i · ¶ · ii · i fi ·

Secretorum reuelatio · vide supra · relatio ·

Seditio · vtrum sit peccatū mortale · R̷ · secundū Tho · ii · secunde q · xlii · seditio ꝓprie opponitur unitati multitudinis · s · ppli ciuitatis uel regni · et sic opponit̄ iusticie et comuni bono · et ideo ex suo genere est peccatū mortale · et tanto grauius quanto bonum comune quod impugnatur per seditōem est maius q̄ bonum priuatum quod impugnatur per rixam · peccatū autē seditionis primo quidem et principaliter ꝑtinet ad eos qui seditionem ꝓcurant qui grauissime peccant · Secundo autem ad eos qui illos sequuntur ꝑturbantes bonum comune · Illi uero qui bonum comune defendunt eis resistentes non sunt dicēdi seditiosi · sicut nec illi qui se defēdunt dūr rixosi

Sententia · q̄ndoq; sentētia dicitur lata a iure · q̄ndoq; a iudice · a iure quando est de hoc factū statutum ab eo q cōdere potest · de quibus habes supra · lex · ¶ · ii · Sententia uero a iudice est quando aliquis iudex iudicat inter partes · uel quando aliquem excomunicat ut propter contumatiā et huiusmodi · Similiter etiā dicitur a iudice ferri q̄n etiam non p modum cōstitutionis sed in odium alicuius mali iam commissi fertur excōicatio siue generalis siue specialis · Et similiter dico etiam si fiat in odium cōmittentiū in futuro · dum tamen non intēdat facere ꝑpetuam constitutionem · ¶ Que est sententia interlocutoria ? R̷ · secundū Ray · est illa que nō sup principali sed super aliis questionibus ꝓfertur · s · inter principiū cause et finem · vt est de aliquo teste repellendo uel recipiendo dilatione danda uel non · vel potest dici interlocutoria quia inter partes loquendo ꝓfertur · sine scripture solennitate · ar · e · ti · et si · li · vi · bene tñ debet redigi in scriptis sed non est ꝓpter hoc necesse q̄ de scripto recitetur · e · ti · quoniam · ¶ Que est sententia diffinitiua ? R̷ · secundum Ray · diffinitiua est sentētia quando principalis questio diffinitur · ff · de · re iu · l · i · et debet ꝓferri ab ip̄o iudice et non ab alio alias non ualet nisi iudex sit episcopus qui potest per alium recitare adinstar illustriū · C · de sen · ex · pi · re · l · ii · et in aūt · de illustribus · et qui sup · e · ¶ · scimus igitur · colla · v · e · ti · et si · li · vi · ¶ Vtrum sentētia diffinitiua

sine scripto ualeat in aliquo casu. R. sunt casus in quibus ualet secundũ. Io. videlȝ quando breues cause sunt. et maxime uiliũ psonarum. et potest dici breuis duorum aureorũ. ff. de dolo. l. adest. et. l. prece. in fi. Inspiciatur autẽ qualitas psonarũ et relinqtur arbitrio iudicis. ff. de iu. deli. l. i. de offi. dele. de causis uel inspiciatur cõsuetudo loci uel fori. xi. di. cõsuetudines. Itẽ ualet cum epus in causa ciuili iudicat inter clericos suos. xi. q. i. siquis cum clerico. et C. de sen. ex. pi. reci. autẽ. nisi. ¶ Item cum preses deposito officio cõuenitur ut reddat ãministratoẽm in auten. vt iudices. sine quo suf. ¶. necessitatẽ ¶ Itẽ cum papa per se pnunciat. valet enim licȝ non tulerit illam in scriptis. ipe enim solus legibus non subiacet. decet tñ eum iura seruare. C. de legi. digna vox. Item secundũ quosdam ualet si lata sit in causa matrimoniali. de testi. albericus ¶ Sententia debet ferri sedẽdo. Itẽ i loco publico et hõesto. iii. q. iii. ¶. spaci in fi. ff. de arbi. si cũ dies. ¶. si arbiter. Item debet ferri de die et non in tenebris. vt supra. iuriditio. in fi. Item nec in diebus feriatis maxime solẽnibus et festiuis. vt supra. ferie. ¶. vii. ¶ Item nõ debet ferri per uenalitatẽ. ii. q. vii. ¶. diffinitiua. hec et multa alia reqruntur in sententia quorum sialiqd omissum fuerit nõ ualebit ¶ Vtrum sententia a non iudice lata teneat. R. nulla est. de iudi. at si clerici. nisi in cã recõuentõis. iii. q. viii. ¶. cuius inagẽdo. de mutu. pe. c. i. et ii. Item tenet sententia cum quis laicus ex certa scia consentit in iudicẽ nõ suũ ff. de iuri. o. iu. l. si per errorem. de foro cõpe. significasti. Sȝ hoc non habet locum in clericis qui nõ possunt in alium iudicẽ consentire. nisi sit psona ecclesiastica et que iuriditõem habeat ordinariam et de uoluntate sui epi. vt in dicto. c. significasti. De hac materia supra. iudex. i. ¶. ii. et ¶. peul. nec etiam nisi in causa recõuentionis. nam si clericus conueniat laicum corã iudice laico. et ille laicus recõueniat clericũ similiter. si feratur sentẽtia contra clericũ bñ tenet. qa suus iudex est per recouẽtionem. de mutuis. pe. c. i. et. ii. iii. q. viii. ¶. cuius inagẽdo. C. de sen. et interlo. iudicũ. l. cũ papinianus. et in aũt. et cõsequenter. Criminaliter uero laicus clericũ cõuenire nõ posset coram iudice seculari. xi. q. i. c. i. et ii. nec reconuenire quia in crimen nõ admittitur reconuẽtio. iii. q. xi. neganda. et nõ

relatione criminum sed innocētia reus purgatur. ff. de pu. iu l. is qui ¶ Quid si sint duo iudices et proferunt diuersas sentē-tias. R. si processerūt ex iuriditione ordinaria tenet pro reo ñ pro actore. nisi in causa fauorabili puta matrimonio dote uel libertate siue testamēto si pro hiis fuerit lata. Si uero ꝓcesse-runt ex potestate delegata. pendet ex arbitrio delegantis. ꝙ si ex com ꝓmisso neutra debet habere uigorē. de sen. et re iudi. duobus. ¶ Quis sit effectus sentētie? R. secundū Ray. effec-tus eius est multiplex. primus est ꝙ pro ueritate accipit̄ q̄ntū ad illos inter quos lata est. et intelligo postq̄ transit ad rē iu-dicatam. s. ꝙ ab ea appellari non possit. quod est post decē dies ff. de regu. iu. res iudicata. Itē effectus sētētie ē ꝙ in actōibus ꝑsonalibus mādetur executōi infra q̄tuor menses. de offi. dele. querenti. et e. ti. ꝙ ad consultatōem. tam̄ tempus ip̄m potest artari et ꝓrogari causa cognita. vt in preallegato. c. ꝙ ad cō-sultationem. ff. de re iu. l. ii. In actionibus uero realibus cum res certa petita est puta liber. equus. ager. domus dꝫ mandari executioni statim post decē dies qui sunt concessi ad appellādū et hoc si res non est in p̄ntia. isti. de offi. iu. in pri. Et idē fieri debet in actione criminali. nec enim in talibus executio est dif-ferenda. ii. q. i. sicut. Fallit tam̄ in q̄tuor casibus. primus. s. cum princeps ex uindicta seuerius fert sententiam. quia tunc differtur executio adminus per. xxx. dies. vt locus possit esse mie uel si res exigit etiā penitentie. xi. q. iii. cum apud. in fi. C. de penis. si uindicari. Itē cum sententia ē lata in mulierem pregnantem. nam differtur usq; ad tēpus ꝑtus. ff. de re. iu. l. pregnantis. Item si capitalis sententia est lata in seruū differt̄ executio quousq; reddiderit rōcinia mi͞stratōis q̄m gessit. C. de bonis ꝓscrip. l. i. Item cum quis est confessus de crimine. C. de cus. re. l. ii. vbi dicit̄ ꝙ reus de crimine cōfessus in iure retru-datur in carcerem. et post modum reductus apud acta audiat̄ vt. s. confessionem iteret. Sunt et alii plures effectus sentētie quos non ꝓsequor. quia potius ad forū contentiosum ꝑtinent ¶ Vtrum sentntia lata inter aliquos preiudicet aliis. R. regu-lariter nec sentētia nec res iter alios acta uel iudicata ꝑiudicat aliis. de fide instru. inter dilectos. et e. ti. q̄uis. C. res inter a-lios acta. per totum. Fallit tamen in multis casibus. scilicet

cum cause sunt connexe. lxxxi. di. tātis. iii. q. vi. hoc quippe. de accu. ad petitionem. de purga. ca. c. pēul. Item in causa libertatis. ff. de sta. ho. l. ingenuum. Item in causa filiationis. ff. de liberis cognoscendis. l. i. in fi. et l. ii. et iii. in princi. Item fallit si actio uel defensio primo loco ꝑtineat ad aliquem et ipse scienter patiatur ꝑ sequentem experiri de re illa. quia intelligit̄ iuri suo renunciare. vt si debitor passus sit expiri creditorē de ꝓprietate pignoris qui succubuit si debitor postea uellet agere obstat ei res iudicata. uel etiam si econuerso creditor passus sit debitorē agere. ff. de re iu. sepe. e. ti. c. pēul. vbi hec oīa notat̄

¶ Vtrū sententia lata inter alios alteri prosit. R. regulariter nec sentētia nec alia res inter alios acta alteri prodest. ¶ Sed fallit qa ꝓdest in certis casibus. primus quidē in querela ioffíciosi testamēti. ff. de inoffici. te. l. papinianus. ¶. m̄minisse. Item in re indiuisibili. ff. si serui. uen. l. loci. ¶. si fundus. Item in re comuni cū pupillo. ff. quemadmodū serui. amit. l. si comunē. ii. q. vi. ¶. diffinitiua. uer. quādoqꝫ plures. de appella. c. pēul. Item prodest ubi res est comunis cum fisco. C. de con. re. alie. l. ii. notantur hec e. ti. c. pe. ¶ Quibus auxiliis subleuet̄ sententia. R. quatuor. subleuatnr eni quādoqꝫ per appellationē que debet fieri infra decem dies a tempore late sententie. ii. q. vi. c. i. et c. anteriorū. Secundo per supplicationē ut cū lata est a principe uel ab alio a qno nō licet appellare. xxxxi. q. ix. ueniam. et. c. sententiam. Tercio per querelā falsi ut si dicat̄ lata per falsos testes. uel alias falsas probatōnes. de testi. sicut nobis. de procura. in nostra. et de proba. licet. C. de fal. l. querela. Itē q̄rto per inintegrū restitutōem. e. ti. de iintegrūum restitutionibus. per totum

SEpultura primo comuniter. Sepultura. secundū Gof. quandoqꝫ accipitur pro ip̄o officio quod ipendit̄ coporibus sepelliendis. et de hac intelligit̄ qꝫ uendi n̄ potest. de symo. non satis. xiii. q. ii. ꝑcipiendū. i. q. i. dictum. quādoqꝫ sepultura dicitur ipsa terra que si est de cimiterio siue ibi fuerit aliquis sepultus siue non. iterum uendi non potest. de reiuenque religiosis. tercio quandoqꝫ dicitur ip̄a tumba et ista uendi potest si nullus in ea sepultus sit. alioquin locus est factus religiosus et uendi non potest. ff. de reli. et sup. fu. l. ii. xiii. q. ii.

questa. et c. postq̄. Quarto quādo dicitur terra pura que deputanda est adusum sepulture. et hec uendi potest. xii. q. ii. aurū ¶ Quid est ius sepulture? R℞. secundū Ray. ius sepulture est quod cōpetit ecclesie ad sepelliendū aliquos in cimiterio suo et ꝓuenit ex pontificis assignatōe. ar. xiii. q. i. ecclesias. Cōpetit autē generaliter ecclesiis et etiam illis quibus a iure uel priuilegio concessum est non autem aliis ¶ Vtrum alibi q̄ apud ecclesiā possit esse sepultura. R℞. secundum Inno. cimiteriū uel quecunq; sepulture debent esse circa ecclesiā. xvii. q. iiii. sicut sed tam̄ bene potest cimiterium aliq̄ntulum esse remotum ab ecclesia. Non tamen credimus ꝙ alicui loco etiā religioso hospitali uel huiusmodi possit accedere sepultura nisi hēat ecclesiā Item in uno cimiterio multe ecclesie possunt hēre ius sepeliendi parrochianos suos ¶ Vtrum pactum preiudicet sepulture. R℞. pactum quod fit cum rectore ꝓchialis ecclesie de nō recipiēdo aliquos uel certos ꝓchianos eius ad sepulturā seruari dȝ etiā ab hiis q̄bus a sede apostolica sepultura libera est cōcessa. et illi apud eos elegerint sepeliri. ar. de pac. pactū. li. vi ¶ Vbi debet sepeliri qui decedit nulla sepultura electa. R℞. secundū Io. an. sup̄ c. de sepul. animarū. li. vi. sepeliri debet in sepulcro p̄etum exemplo patriarcharum. xiii. q. ii. ebron. e. ti. nos instituta et c. firmitatem. uel in parrochiali ecclesia si consuetudo sit. ꝙ si talis sit alienigena uel uiator debet sepeliri apud ecclesiam in cuius parochia mortuus est. xii. q. i. ecclesias. uel in ecclesia cathedrali si sit consuetudo. xvi. q. i. c. i ¶ Clerici quoq; si non eligant sepulturam sepeliri debent in ecclesia ubi sunt clerici. Item qui habet domicilium in ciuitate uel castro sed quandoq; ad uillā ruralē se trāsfert recreationis causa uel ut ruralia exerceat et nō electa sepultura decedit n̄ debet sepeliri in ecclesia dicte uille sed in sua ꝓchiali uel potius in illa in qua maiorum suorū ab anticquo extet sepultura. dūmō absq; ꝑiculo ad ip̄aȝ ualeat deportari. Mulier que plures uiros habuit si sepulturā non eligat est cū uiro ultimo cuius domiciliū et honorē retinet tumulanda. e. ti. is q. li. vi. ¶ Quid de hiis qui accipiunt alienū in casu nō concesso? R℞. tenentur ad restitutōem corporis si petatur. Item tenētur restituere quicq̄d occasione illius perceperunt uel que ꝑcipi potuerunt. e. ti. fraternitatem. in fi et

c. ex pte. i. et c. cum liberum. et c. in presentia. et c. animarũ li. vi. ¶ Quis tenetur facere expensas ? R. heres tenetur et ab ipso peti possunt. quia uidetur q̃si contractum cum defuncto. et de hac materia uide supra. restitutio. ii. ¶. v. circa fi. Itẽ si mulier habebat dotem de ipsa debent fieri expense funeris. si ñ habebat tunc ad ipsum maritum ptinet. ff. de reli. et sup. fu. l. i. et l. siquis. ¶ Quid de hiis qui morientem. molestant sepulturam impediunt. aut funeri iniuriantur ? R. qui ad domum moribũdi accedit et ipsũ uel alios molestat uel rebus eius signa ponit cadit ab actione et intm̃dẽ condenpnatur heredibus iniuriati. et publicatur tercia ps bonorum eius. et est infamis. Et idem in eo qui circa funus peccat. C. de sepul. uio. aũt. Item qui domũ. nec debet impediri sepultura pre textu debiti uel cuiuscunq̧ obligationis. C. de sepul. uio. l. cum sit. Nec dz inferri molstia infra nouẽ dies ab obitu. alias protũc est iutile. vt in autenti. sed nec ante. bene tamen impediretur in multis casibus. de quibus habes infra. sepultura. iiii. ¶ Vtrum liceat expoliare mortuos supra. mortuus. ¶. ii.

Sepultura. ii. s. q̃tum ad electionẽ. precipitur uniuersis clericis sub interminatione maledictionis eterne ne inducãt aliquos ad uouendũ iurandũ fide iterposita seu alias pmittendũ ut apud eorum ecclesias eligant sepulturã uel iam electam ulterius non mutent alias talis electõ irrita est. q̧ si elegerit nõ pñt sepeliri apud ecclesias sic electas nec eligere alibi sed omnino sepeliendi sunt apud ecclesias apud quas fuissẽt sepeliendi si non elegissent sepulturã. de sepul. animarũ. li. vi. Cui constitutõi supadditur q̧ qui cõtrarium fecerit sit excomunicatus. et ñ possit absolui nisi a papa. uel i articulo mortis ut supra. absolutio. i. ¶. iii. uer. iiii. Item religiosi uel clerici q̧ predictos in suis ecclesiis uel cimiteriis presũpserint sepelire tenentur ad restitutõem corporum si petant. et etiam omniũ illorũ que occasione sepulture eorũ puenerũt q̃libet ad eosdẽ faciẽdã itegraliter infra decem dies. q̃ nisi fecerint ecclesie ipe apud quas sepulti fuerint et cimiteria earumdẽ extunc sint et tã diu maneãt interdicta. donec facta fuerit restitutiio predictorum. vt in predicto ca. aiarum. Secus autẽ uidetur dicendũ quãdo quis primo motu uoueret uel iuraret in tali loco eligere

